

*N. N. II, 157.
h. 42, 5.*

X 1880418

II R
4854

DISSERTATIO ACADEMICA,

De

**DONATIONIBUS
PRINCIPUM IMPERII,**

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

**DN. FRIDERICO
WILHELMO,**

ELECTORATUS BRANDENBURG. HÆREDE,
&c. &c. &c.

Ex

Consensu Inclytæ Facultatis Juridicæ

In

ALMA FRIDERICIANA

disputabunt

P R Æ S E S

DAVID STAVINSKI,

J. U. LICENT.

&

RESPONDENS

LUDOVICUS STOSCHIUS,

Berolin. March.

D. *Maj. A. MDC XCVII. H. L. Q. S.*

HALÆ MAGDEB. Literis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

15



ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DN. EBERHARDO LIB. BARONI
DE DANCKELMANN,

SERENISSIMI ET POTENTISSIMI
ELECTORIS BRANDENBURGICI,

&c. &c. &c.

MINISTRO STATUS PRIMARIO,
CONSILII SANCTIORIS, ET OMNIUM TRIBUNALIUM
IN TERRIS BRANDENBURGICIS

PRÆSIDI SUMMO

DOMINO

IN WETTIN, BRESKENS, UNGELINGEN, SCHOENBEC
ET ZIMMERBUDE,

Mecœnati ac Domino nostro submisso

animi cultu prosequendo,

Felicitatem!

Verendum nobis fuisset pagellas has
Levidenses ILLUSTRISSIMO NOMINE
Tuo inscribere, easque manibus tuis
pro salute tot Provinciarum occupatis sup-
plices offerre, si ad Clementiæ Tuæ aram
fo-

solis iis pateret aditus, qui vel scripta erudi-
ta tanto fastigio non indigna vel alia merita
TIBI ILLUSTRISIME DOMINE sacra fa-
cere norunt: neutrum enim horum ad tan-
tum culmen nobis sternit viam. Sed Glo-
ria Nominis Tui undique meritorum ma-
gnitudine resonantis haud minimum exinde
capit augmentum, quod & res minimas Tibi
oblatae boni consulere, & illos, quibus non
tam studium quam occasio Tibi serviendi de-
ficit, Tuam Clementiam tamen serio exo-
ptant, benigne suscipere soles. Hæc Cle-
mentia Tua, quæ ad omnes bonarum lite-
rarum Justitiæque cultores sese gratiose de-
mittit, omnium animos in Tui rapit amorem
& venerationem, & cuilibet indefessum in-
finuat studium, bene meritis Favorem Tu-
um in se provocandi; quæ ipsa & nobis Gra-
tiam Tuam expetentibus animum addidit,
ut hanc *Dissertationē de Donationibus Prin-*
cipum Imperii TIBI ILLUSTRISIME DOMINE,
liberalitates Summi Principis nostri mode-
ran-

ranti dedicaremus, non tam Disputatio-
nis nitore, qui exiguus est innixi, quã po-
tius ista immensa Tua Clementia, quæ
se erga quemcunque clientum Tuorum
generose exserit; hanc ut & nobis bene
merendo conciliare possimus, sedulo ini-
bimus rationem. Supplices interim ro-
gamus, velis hanc Disputationem gratio-
so dignari aspectu, nosque in numerum
fervorum ac Clientum fidelissimorum
clementer adoptare, qui Deum T.O.M.
devotis sollicitamus suspiriis, ut Te, in
Potentissimæ Domus Brandenburgicæ
incrementum, & tot subditorum solati-
um diutissime fervet superstitem.

ILLUSTRISSIMÆ TUÆ EXCELLENTIÆ

Clientes humillimi

**DAVID STAVINSKI.
LUDOVICUS STOSCHIUS.**



LECTORI B.

s.

Pincipum jura in dubium vocare, vel de illorum potestate disputare, plena periculi res est & sacrilegio proxima *L. Sacrilegii. s. C. de Divers. Rescript. L. 3. C. de Crim. Sacril.* Sancta enim omnia nobis esse debent & inviolabilia quæ à Principe suscipiuntur negotia, eorumque contractus non facile in dubium vocandi. Hinc vitio nobis verti poterat, quod Liberalitates Principum, quæ ipsorum Eminentia præ cæteris conveniunt, examini publico hic subjiciamus. Sed cum quondam ipsi Imperatores Theodos. & Valentin. in *L. 4. C. de LL. Majestati suæ adversum non crediderint solenniter profiteri ex auctoritate juris pendere auctoritatem Imperatoriam, & revera majus Imperio esse Legibus submittere Principatum; ea propter veniam merebimur, si ad ductum legum Imperii hic expendamus, quid quantumque Principibus Imperii in exercenda liberalitate indultum sit. Interim omnia hæc prudentiorum judicio lubentissime subjicimus, & moniti meliora, promptissime sequemur. Deum vero, ut felici eventu, quod hic susceptum est operæ, dignetur, impense rogamus.*

CAP. I.



CAPUT I.
exhibens
GENERALIA DE DONATIONIBUS PRINCIPUM IMPERII.

SUMMARIA.

Notatur vox donationis §.1.

Principis §.2.3.

Imperii §.4.

Construitur definitio donationis

§.5.

Cujus genus actus, non contra-

ctus dicitur §.6.

Ex quibus Legibus actus Prin-

cipum sint metiendi §.7.8.9.

Principes inter se vi compro-

missi LL. civilibus adstrin-

guntur §.10.

Res aliena cum effectu donari

nequit §.11.

Divisio donationis & ejus finis

indigitatur. §.12.

PRæsentem hanc Dissertationem utiliori defraudarem tractatione si in donationis origine *vid. L. 1. ff. de precario §. 49. Inst. de rer. divis. etymologia L. 35. §. 1. ff. de m. c. d. homonymia aliisque notionibus nominalibus* evolvendis calamo nimium indulgerem, quæ communiter à Dd. tractari solent; hæc enim tanquam vulgo nota præsupponenda esse duximus, ne [mox initium Disputationis nostræ Lectoris stomacho nauseam
A
creet:

creet: id solū notantes, quod, quamvis in *pr. Inst. de Donat.* duo genera donationis constituantur, mortis causa, & nō mortis causa, imo & legata donationis nomine veniant §. 1. *Inst. de Legat.* nostræ tamen intentioni, solus ille significatus, quo donatio beneficam bonorū concessione inter vivos factam denotat, inservire debeat. Non ergo à nobis expectet B. Lector, ut etiam, quid juris sit circa Donationes mortis causa, Legata, aut alias principum ultimas voluntates liberales, ostendamus, sed æquibonique consulat, quod in donationibus principum inter vivos factis duntaxat periculum facere hac in Disputatione nobis proposuerimus.

§. II. Principis vox usu Juris publici Germanici sumitur vel (1) eminenter pro ipso Imperatore Augustissimo vid. *Ordin. Notariorum de Anno 1517.* §. Und nachdem von gemeinen Rechten z. ibi: Der Nahmedes Obersten Fürsten. & §. Die Notarien sollen ibi: allein in der Hand des Obersten Fürsten. (2) communiter pro iis qui de territorio aliquo, regalem dignitatem annexam habente (ut sunt Ducatus Marchionatus Comitatus &c.) sunt investiti, quive ex his sunt nati: Hic significatus huic tractationi maxime est proprius; prior tamen non plane ab ea est alienus.

§. III. Ex quibus, circa vocem principis, notatis duo sequuntur consuetaria (1) quod de Principibus qui noviter ab Imperatore hoc titulo eines Reichs Fürsten sunt exornati, adhuc dum tamen de Territorio Regali non sunt investiti, in præsentī Dissertatione non sumus solliciti (2) quod Comites & Barones de Comitatu & Baronatu immediato investiti, quamvis alias Principibus contra distingvi soleant, iis tamen annumerare non ve-
rea-

reamur, quia & Comitatus & Baronatus Feudis Regalibus accensentur vid. Illustr. Dn. Stryk *Exam. Jur. Feud. c. 3. qu. 32.* Iter. *de Feud. Imp. c. 3. §. 15.* in quibus Comites & Barones, pariter ut alii Principes in suo Territorio, superioritate territoriali gaudent §. 1. *Inst. pac. Osn. Art. 8.* imo in Comitibus Imperii in Collegio Principum jus suffragii ipsis competit *vid. art. 5. in fin. Capit. Leop.*

§. IV. Imperii vox quamvis alias potestatem vel formam Reipubl. significet; metonymice tamen etiam complexus Territoriorum, in quo imperium exercetur, nomine Imperii venit. Ea vox absolute ita dicta nobis Imperium Germaniæ *das Reich deutscher Nation* denotat, & in publicis Imperii Constitutionibus & quotidiano loquendi usu hoc in sensu aliis regnis opponi consuevit *vid. Dn. Lynck. de Grav. Extraj. c. 9. P. 2. §. 19. Limn. ad Cap. Ferd. I. art. 3. p. 478.* Principes imperii ergo nobis sunt, qui de territorio dignitatem regalem annexam habente, & ad Imperium Romano Germanicum pertinente sunt investiti.

§. V. His ita generaliter delibatis, Donationem Principum Imperii ita definiiri posse arbitramur, quod sit actus, inter vivos, legitimus, quo Principes Imperii Germanici res suas proprias, vel in alios Principes, vel in proprios subditos conferunt, vel ex mera liberalitate, vel ob aliam aliquam causam ut ita præmiis vel principes inter se arctiori amicitiae vinculo ligentur, vel subditi ad majorem promptitudinem Reipublicæ & Principi exhibendam alliciantur.

§. VI. Cujus definitionis singula membra sunt explicanda, exceptis iis quæ ex antea dictis intellectu facilia sunt, aut ex sequentibus majorem sunt scenera-

turalucem. Dum hic donationem *actum* esse diximus infervire volumus Juri Romano, utpote quod facta hujusmodi quæ non continent *συνάλλαγμα* vel causam ultro citroque obligandi, sed proprio motu vel re vel verbis fiunt, actus potius vocare solet *conf. L. 19. ff. de V. S. non contractus vid. L. 7. §. 2. ff. de Pactis L. 32. ff. pro Socio.* Hinc etiam Donatio contractibus contradistinguitur, *L. 14. ff. de precar. L. 5. §. 4. ff. de Don. inter Vir & uxor. L. 58. ff. eod. L. 43. §. 1. de Adm. & peric. Tut. L. 3. §. 1. ff. de Obl. & Act.* Quamvis inficias ire nequeam nec JCtos in Pandectas relatos vid. *L. 35. §. 3. ff. de m. c. don. L. 23. ff. de R. J. nec Imperatores in L. 16. C. de Fide Instrum. L. pen. C. de presc. 30. vel 40. ann. adeo teneri fuisse conscientia, quin Donationem negotium vel contractum appellaverint. Nec absurde: si enim contractus denotat conventionem quamcunque, nihil obstat quominus & conventio de donando contractus vocari possit. Donationem cum addito *actum* diximus *inter vivos* ad differentiam ultimarum voluntatum & Testamentorum, quæ etiam actus vocari possunt *arg. L. 20. ff. de V. S.**

§. V. Ulterius in definitione Donationem Principum nominavimus actum *legitimum*, quia sua forma & solennitate a Legibus præscripta constare debet, quales actus recensentur in *L. 77. ff. de R. J.* Sed secundum quasnam Leges actus Principum nostrorum sint dimetiendi? magna est contentio inter Juris publici Doctores; quidam, Principes Imperii tanquam meros subditos legibus Civilibus subjiciunt; quidam eorundem fastigium omnem subjectionem respuere statuunt, & Principes solo Jure Naturæ & Divino vivere contendunt; prout quemque agitat studium partium. Utramque
sen-

sententiam erudite discussam vid. apud Monzamb. c. 6.
§. 7.

§. VIII. Nos qui non gratiam venamur sed veritati studemus, actus Principum duplici ratione consideramus, vel in relatione ad suos subditos, vel in relatione ad alios Principes Imperii: Priori modo tanta eminentia ipsis competit, ut, sano sensu, illos plus in suo Territorio posse, quam Imperator in Imperio, haud absurde dixeris; possunt enim in suo Territorio statuta condere, Juri Civili etiam in consulto Imperatore repudium dare vid. Brunnem. ad L. 1. de SS. Trin. n. 8. Knichen de Jure Territor. c. 1. num. 1350. Mev. ad Jus Lub. Lib. 1. Quest. prel. 1. n. 10. Limnæus de Jur. publ. L. 4. c. 8. n. 253. Non veremur ergo eorum actus in relatione ad suos subditos, pronunciaré liberos à solennitatibus juris Civilis. Nec in simpulo magnos, principibus Imperii, excitat fluctus Arthurus Duk, jus statuendi contra prohibitiones Juris Cæsarii Principibus denegans; Lib. 2. de Aut. Jur. Civ. c. 2. §. 18. hoc enim Anglo & Jurium germanicorum ignaro facile condonamus. Nihil ergo impedit, quo minus, quicquid in Jure Justiniano de summo Principe dispositum, reperimus ad Principes nostros Imperii, in relatione ad suos subditos consideratos, applicare possimus. Quælibet enim dispositio quæ loquitur de Imperatore etiam obtinet in aliis Principibus. Carolus de Grassis in Tr. de Except. ad Stat. Except. 1. n. 19. relat. a Merckelbach ap. Klock. Conf. 102. n. 105.

§. IX. Quod si vero Principes in relatione ad alios Imperii Principes considerentur, eorundem actus secundum dispositionem Juris Civilis æstimandos & examinandos esse existimaverim, quia hoc jus tanquam

norma est receptum in Iudicio Aulico Imperiali & in Camera, ubi Camerales juramento adstringuntur, ut in controversiis eo devolutis, Juri Civili conformem sententiam pronunciarent, quod latius comprobavit Illustr. Dn. Stryk. in *Disc. Præf. de Usu. Mod. ff. §. 24. & seqq.* Cum ergo & Principes Imperii hæc Iudicia in causis civilibus tanquam competentia agnoscant vid. *Ord. Cam. de Ao. 1495. Tit. Wie Chur Fürsten / und Fürstnäßige / ein ander zu recht fordern sollen / & paulo post: Wie Prälaten / Graffen / Freyherrn ic. Churfürsten Fürsten ic. zu recht erfordern mögen. conf. etiam Ordin. Cam. P. 2. Tit. 2. §. 1. & seqq.* non mirum est quod & Principum controversiæ ad normam Juris Civilis in iudicio contradictorio sint revocandæ. Non itaque errabimus si secundum duplicem hunc considerandi modum Donationes Principum locis convenientibus tractaturi simus dupliciter.

§. X. Minime gentium tamen consentimus in illud consecrarium, quod quidam exinde exsculpunt, quasi Principes sint Imperatoris subditi proprie dicti, & legibus Civilibus vi subjectionis adstringantur. Alia enim est ratio qua subditi Imperatoris proprie dicti, & alia ratio qua principes Imperii dictis LL. Civilibus obligantur, quæ ipsa diversa ratio ab ipso Maximiliano exprimitur in *Handhabung des Frieden Rechtens und der Ordnung zu Worms de Anno 1495.* ubi cum Principibus Imperii de observanda pace publica vi pacti convenisse dicit, verb. *haben wir Uns mit Ihnen als Römisch. König in des Reichs / und auch sonderlich Unser auch des Hochgeböhrenen Fürsten Philips Erb. Herzog zu Ostreich und Burgund unsers lieben Sohns und Erb. Landen wegen Verwilliget / vereiniget und verpflichtet.* Verum ratione suorum subditorum Imperator paulo post utitur hac formula:
Auch

Auch sonderlich in unsern und unsers lieben Sohns Landen Herrschafften und Gebietten allen unsern und seinen Anverwandten und Unterthanen auff ihr Eydt befehlen und in unsern offnen Brieff gebietten / solch Handhabung zu thun. Hoc etiam confirmat *Præf. Ord. Cam. de Ao. 1558. verb. Vins.* mit ihnen und Sie wiederumb mit uns vereiniget und wiederum verglichen sed hæc obiter.

§. XI. Ulterius quæ in definitione sequuntur objectum subjectum & finem indigitant. Diximus, quod Principes donando res proprias in alios conferant, quia nemo de alieno liberalis esse potest, nisi sibi objici velit illud Terentianum: de tuo, puer, largitor. Quamvis non sim nescius in Jure Rom: donationem rei alienæ in tantum sustineri, ut exinde effectus usucapionis resultet, si bonafides & reliqua usucapionis requisita adfuerint *Conf. L. 3. ff. pro donat:* quod si tamen res donata interim evincatur, cum effectu donatio facta non videtur *vid. L. 9. §. fin. ff. L. 4. C. de Donat. L. 51. ff. de R. 7.* an autem evictio hoc casu præstanda sit inferius dicetur commodius.

§. XII. Pariter & tractationem de personis donantibus & donationem recipientibus ad sequentia differimus. Antequam hoc caput concludamus, unum adhuc ex definitione explicandum esse duximus; dum in calce ejus diximus donationem Principum propterea fieri, ut vel arctiori vinculo inter se constringantur, vel privati beneficiis ad majorem promptitudinem invitarentur, duo potissimum respeximus (1) Donationem esse duplicem propriam & impropriam eamque vel remuneratoriam vel modalem; utramque tamen hujus loci & in Tractationis nostræ singulis membris
ne-

neccessario dividendam esse (2) ut ostenderemus donationem hac intentione non factam potius in profusionem & prodigalitatem degenerare. Equidem notum est Aristotelicorum dogma, liberalitatem ex eo determinandam esse si quis mediocritatem in erogandis bonis observaverit; Verum ex hac ipsa doctrina obscura, sequitur disceptatio unde hæc mediocritas determinanda; hinc maluimus liberalitatem ex intentione donantis à vitio prodigalitatis distingvere. Hæc tractatio vero cum non ad Jurisprudentiam judicariam sed potius ad Ethicam spectet, hoc saltem obiter ostendisse nobis sufficiat.

CAP. II.

De

CONSTITUTIONE DONATIONIS PRINCIPUM IMPERII,

SUMMARIA.

<i>Tria sunt necessaria ad donationis constitutionem. §. 1.</i>	(3) <i>Judicialis insinuatio; an Principum donationes insinuande sint? rationes neg. §. 9.</i>
(1) <i>Animus donandi. §. 2</i>	<i>Epicrisis §. 10.</i>
<i>Qui in donationibus Principum an latissime interpretandus sit? §. 3. 4. 5.</i>	<i>Obiectio aliqua diluitur §. 11.</i>
(2) <i>Acceptatio donatarii, absenti facta donatio non valet ut donatio §. 6. ubi Limitationes adjiciuntur.</i>	<i>Rationes affirm. §. 12.</i>
<i>Valet tamen ut legatum vel fideicommissum §. 8.</i>	<i>Epicrisis §. 13. 14. 15. 16.</i>
	<i>Donationes Principum in Appanagatos collatae an sint insinuande? affirm. §. 17.</i>
	<i>Notatur Mylerus asserens Principi-</i>
	<i>cipi-</i>

cipibus Imperii competere ali-
quod privilegium immuni-
tatis à LL. Civ. §. 18.

An in Iudicio competente insi-
nuatio donationis fieri debe-
at? rationes affirm. §. 19.

Rationes neg. §. 20.

Epicrisis lectori relinquitur.

§. 21.

Quod nam sit Iudicium Prin-
cipum Imperii competens, in
quo insinuanda donationes?

§. 22.

Quomodo 500. solidi sint com-
putandi? §. 23. & 24.

Quenam donationes Princi-
pum ab insinuandi neces-
sitate excipiantur? §. 25.

§. I.

Ad constituendam donationem a-
lias tria videntur esse necessaria (1) animus do-
nandi (2) acceptatio, (3) & si donatio 500. solidos
excedat, judicialis insinuatio. An & hæc tria in Dona-
tionibus Principum Imperii ad modum Juris privati sint
exigenda, operæ pretium esse duximus in Capite præ-
senti investigare.

§. II. Animum seu voluntatem donandi de jure
Civ. requiri ex §. 2. *J. L. 6. C. de Don.* vulgo notum est; quã
voluntatem etiam conjecturis ex ipso facto petitis pro-
bari posse apparet ex *L. 53. 82. de R. J. L. 2. §. 1. de pactis L. 34.*
ff. L. 11. C. de N. G. L. 13. §. 2. de Don. inter vir. L. 26. ff. de Prob.
quod ipsum ex disciplina de interpretatione est addiscen-
dum.

§. III. In Donationibus Principum singulare hoc
esse vult communis sententia Dd. quod voluntas Princi-
pum donantium sit latissime interpretanda *arg. L. 3. ff. de*
Const. Princip. C. 6. in fin. de Donat. cujus sententiæ veritas
in applicatione fit suspecta. Carpzovius enim *P. 2. c. 40.*
def. 6. & Tit. 2. Ar. 1. n. 71. contendit, si Princeps alicui ca-
strum simpliciter cum Jurisdictione mit den Gerichten

B

in

V. 2

in feudum dederit quod etiam superiorem Jurisdictionem dedisse censendus sit, ex ratione (1) quia liberalitas Principis latissime interpretanda (2) quia Princeps sibi imputare debet quod non apertius locutus fuerit; Verum quemadmodum ultima interpretandi ratio contra Principes liberales valde est inhumana; ita & longo passu à veritatis tramite deviare videtur, qui voluntatem Principis donantis interpretaturus, eam plane negligat ad Javolenum vel Pontificem provocans, cum tamen in interpretatione & similibus *Φιλοσοφήμασι* Pontificis vel alterius Legislatoris non sit tanta auctoritas, ut adversus veritatem vel rationem quicquam valeret.

§. IV. Mitius sentiunt illi, qui existimant, quoties concessio Principis dubia est, declarationem ejus Principi relinquendam esse *Mev. p. 2. Dec. 196.* quam sententiam veram esse judicamus, si hæc interpretatio authentica haberi possit; quod si vero post obitum Principis qui castrum cum Jurisdictione *mit den Gerichten* in feudum concessit, dubium moveatur, quid Princeps nomine Jurisdictionis intelligere voluerit, potius opera danda est an non ex conjecturis dubium tolli possit. Recte ergo & superiorem Jurisdictionem ita concessam esse arbitratur *Illustr. Dn. Stryk in Usu Mod. ff. de Jurisd. §. 13.* si jam antea merum Imperium feudo cohæserit, cum jura rei cohærentia successoribus quoque concessa censeantur; nisi appareat hæc esse adempta. Quod si vero Jurisdictione antea non cohæserit feudo; tum si omni moda Jurisdictione concessa est, salva res erit, quia sub nomine generali etiam species continetur: Si autem simpliciter Jurisdictionis mentio facta est, inferior saltem translata esse censetur *vid. Dn. Stryk d. l. conf. Struy. S. J. F. c. 6. aph. 18. n. 4.*

§. V. Idem dicendum si quæstio moveatur, quidnam Princeps, concedendo alicui Territorium cum omnibus pertinentiis mit allen dem Zugehör / Rechten und Gerechtigkeiten / sub nomine pertinentium comprehendere voluerit? Ita quidem regalia concessa esse negat Schulz *Synops. Feud. c. 7. n. 24.* nisi Imperator in ejusmodi Territorio nulla alia jura præter regalia habeat, tunc enim faltem minora, non majora ad donatarium devolvi largitur. Alii autem, ex adverso, investitum de Principatu à Cæsare omnia jura & regalia consequi tradunt, vid. Reinking *de Reg. Sec. & Eccles. Lib. 1. Cl. 4. c. 16. n. 46. & seqq.* Meckelb. ap. Klok. *Vol. 1. Conf. 10. n. 37. seqq.* Sed rectius in hac quæstione ad specialem locorum consuetudinem & antecessorum observantiam recurrendum esse monet Isterus *de Feud. Imper. c. 8. §. 7.* Quod si tamen dubium hoc ne quidem ex conjecturis declarari possit potius interpretatione abstinendum esse existimamus arg. *L. 30. ff. de Test. Tutel.* vid. Excell. Thomas. *Jurispr. Div. Lib. 2. C. 12. §. 177. & seqq.* quam ut contra mentem & voluntatem donantis, extensionem aliquam beneficii ejus ex nostro cerebro fingeremus.

§. VI. Præterea ad donationis constitutionem Jus Civ. acceptationem donatarii adeo requirit, ut absentifacta donatio inutilis sit arg. *L. 10. ff. de Don.* nisi alius, cui hoc mandaverat donatarius, ejus nomine acceptet, vel donatarius acceptationem ab alio ejus nomine factam vivo adhuc donante rati habuerit vid. Carpz. *p. 2. C. 12. d. 10.* De Jure Civili enim alteri per alterum obligatio acquiri non poterat arg. *L. 38. §. 17. L. 126. §. 2. ff. de V. O. L. 73. ff. de R. J. L. 11. ff. de Obl. & Act.* An idem in Donationibus Principum obtineat, dubium videri esse inde, quod

multi Dd. statuunt Iuris Civil. rigorem hoc in casu ab usu recessisse Mev. P. 4. Dec. 112. n. 5. Brunnem. ad L. 25. in f. ff. de pact. Cothman. Vol. 2. Resp. 54. n. 87. De Iure Naturæ vero promissionem absenti factam ab alio acceptatam valere arbitrantur. vid. Grot. Lib. 2. de Iure Belli & Rac. c. 11. §. 18.

§. VII. Verum hanc sententiam non aliter admit-
timus, nisi supponamus (1) promittentem in voluntate
ista perseverasse, ut hæc donatio renunciatur absenti do-
natario, eumque acceptatam donationem vivo adhuc
donante rati habuisse Carpz. P. 2. C. 33. def. 15. & seqq. vel (2)
acceptantis quadantenus interesse, ut absenti donetur:
Alias ex ipsa negotii natura sequitur, quod nec acceptan-
ti acquiratur donatio, quia hoc actum non est, & ei
agenti obstat exceptio: tua nihil interest; nec absenti,
quia cum eo nullum intercessit factum obligatorium
vid. §. 4. Inst. de Inutil. Stipul. Idem ergo & in Principum
donationibus absenti factis obtinere arbitramur. Nec
interest an Princeps mihi promittat, se absenti donatu-
rum esse; an vero in absentis nomen conferat donatio-
nem, utrobique enim, si (1) acceptanti ab absente non
fit mandata acceptatio (2) rati habitio acceptationis vivo
Principe donante non fit facta (3) acceptantis nihil inter-
fit, absenti donari, donationem non valere arbitramur,
ut donationem vid. Excell. Thom. J. P. D. Lib. 2. c. 7. §. 119.

§. VIII. Alia tamen quæstio est, annon eiusmodi
donatio valeat ut legatum? Rationes negandi hæc esse
videntur (1) quod sic elusoria redderetur Iuris dispo-
sitio, donationi certam præscribens formam (2) quia do-
nator legare noluisse præsumitur, alias enim hoc ex-
pressisset, actus autem ultra intentionem agentis nihil
ope-

operatur *arg. L. 7. in fin. ff. de Suppel. legat.* (3) Donatio est stricti iuris *arg. L. 22. ff. de Donat.* ergo inutilis donatio non potest sustineri ut legatum. Hæ rationes tamen non obstant quo minus donatio Principis, quæ vivo donante non innotuit donatario, ut legatum vel fideicommissum subsistere possit, si enixa donantis voluntas doceri possit *vid. L. 75. pr. L. 77. §. 26. ff. de Leg. 3.* Nam enixæ voluntates ad omnem successionis speciem porrectæ videntur *d. L. 77. §. 23. ff. de Leg. 3.* Sed ad hunc effectum eas solennitates hoc casu adfuisse necessum est, quæ alias ad ultimas Principum voluntates requiruntur de quibus *vid. Merkelb. ap. Klok Vol. 3. Conf. 101. n. 58.*

§. IX. Denique ad constitutionem donationis 500. solidos excedentis, judicialis insinuatio de Jure Civili est necessaria *§. 2. f. de Donat.* An idem in Donationibus Principum Imperii sit exigendum, mire dissentiunt Dd. Juris Publici. Quinegant seqq. utuntur argumentis (1) Quod Principes sint soluti *LL. Civ. L. 4. C. de LL. nec adstricti sunt ad solennitates Juris Civil. arg. L. pen. de Don. int. Vir.* Principis enim liberalitas nullis ejusmodi cancellis coërceri debet *L. f. C. de Præpos. agent. in reb.* Adeoque cum de Jure Naturæ nihil nisi voluntas liberalis ad cujuscunque quantitatis donationem requiratur, nec quicquam præterea ad donationes Principum solis Naturæ & divinis Legibus viventium videntur esse necessarium. Et hoc non solum quoad illos Principes qui Majestate præditi sunt, citra controversiam verum est, sed & nostris Principibus Imperii applicari solet. *Carpzov. P. 2. C. 12. def. 16. n. 4. Schneidev. ad §. 2. de Donat. n. 31. Hart. Pistor p. 3. Q. 9. n. 4. Zasius. Vol. 2. Conf. 1. n. 96.* Nam vi superioritatis Territorialis æmu-

læ majestatis, non solum statuta condere, sed etiam Jus Civile Justinianeum abrogare & immutare valent, absurdum autem foret Principes alios, non seipfos, à solennibus Juris Civil. liberare posse. (2) Ratio quapropter privatorum donationes 500. solidos excedentes judicialiter insinuandæ sint, (ut ita omnis fraudis suspicio per judicialem auctoritatem excludatur, *L. 27. C. de Donat.* neve nimia profusione rei familiaris ipsi ægere cogantur) in Principibus cessare videtur, quia coram Principe tot proceribus & Consiliariis stipato nihil occulte vel fraudulentè fieri præsumitur *arg. L. 34. ubi Brunnem. C. de Donat. L. 18. C. de SS. Eccles. Gail. L. 2. obs. 39. n. 25. Schrader de feud. P. 10. Sect. 1. n. 31. Myler de Princip. Imp. c. 27. §. 6. Vitriarius Inst. Jur. Pub. Lib. 3. tit. 20. §. 12. Veram sententiam falsa deturparemus ratione si denique* (3) ex donatione Ducum militibus facta nulla judiciali insinuatione indigente *L. 36. §. 1. C. de Don. Principum Imperii donationes æstimaremus.* Alii enim in simili fere casu jam tum demonstrarunt, argumentum pro stabilienda Principum immunitate à legibus civ. a jure militari deductum admodum lubrico niti fundamento *conf. Eyben de Testam. Princip. tb. 18. Meckelt. ap. Klok Vol. 3. Conf. 102. n. 108.*

§. X. Hæ rationes quamvis generaliter à Dd. cit. accipiantur, nos tamen arbitramur eas id saltem evincere, quod donationes Principum in privatos collatæ, vel vice versa, non indigeant insinuatione; idque potissimum ob eam rationem quia vigore superioritatis territorialis Principes Imperii in suo Territorio Leges Civ. abrogare, & non solum alios sed multo magis se ipsos a solennitatibus eorum liberare possunt.

Ne

Neque obstat huic sententiæ argumentum à simili deductum ex *L. 23. ff. de Leg. 3. L. 6. 7. C. qui testam. fac. L. 3. C. de Testam. L. 4. C. de LL. ex imperfecto testamento Principem non posse petere legatum vel aliud quidpiam sibi relictum*; unde consuetarium construunt, quod Principes in Testamento active & passive utantur jure communi Salic. *ad L. 7. C. qui testam. fac. Natta Cons. 402. n. 36. ubi in hoc neminem contradicere testatur n. 46. Klok Vol. 3. Cons. 102. n. 82.* Ergo dicendum etiam videtur, quod, quoties principi aliquid donatur, vel Princeps suo subdito quidpiam donaverit, ius commune observandum & donatio 500. solidos excedens judicialiter infinuanda sit.

§. XI. Distingvendum enim esse arbitramur utrum Testamentum in quo Principi aliquid est relictum, sit imperfectum ratione voluntatis, an vero ratione solennitatis. Posteriori, non priori casu Principem exinde aliquid lucrari posse existimamus, modo ea requisita, quæ alias ad voluntatis alienantis probationem & perfectionem de jure naturæ sufficiunt adfuerint. Et quamvis *LL. supra cit.* loquantur de Testamento ratione solennitatum imperfecto, quasi nec ex eo Princeps aliquid capere possit, & sic Principem solennitatibus Iuris Civilis subjiciant, hoc tamen non de necessitate juris, sed de voluntaria submissione Principis pro arbitrio ejus mutabili intelligendum *vid. L. 3. C. de Testam. Testimonia Dd.* non tanti sunt ponderis ut veritatem vincerent, iisque opponimus alios qui asserunt Testamenta Principum nulla indigere solennitate Iuris Civilis *vid. Myler. de Statib. & Princip. Imp. P. 1. c. 26. §. 3.*

§. XII. Quod cum ita sit, facile apparet quid sentien-

tiendum sit de rationibus quibus Dd. evincere conantur, donationes Principum insinuatione indigere, quarum quaedam ex certa suppositione duntaxat veræ sunt, quaedam autem plane falsæ. Dicunt enim (1) quod Principes Imperii Legibus Civil. teneantur, & quod secundum eos in supremis curiis lites eorum omnes adeoque & circa donationes exortæ decidantur *vid. Ord. Cam. P. 2. Tit. 3. imo P. 3. Tit. 3. n. 22.* expresse disponitur qua ratione donationis insinuationes fieri debeant, quæ dispositio generalis sine dubio etiam Principes concernit. (2) Quamvis concedant, Principem superiorem in suo Territorio non recognoscentem tantum facere posse quantum Imperator in Imperio, quod primum de Ducibus Italiae, qui se sensim Imperatori subdixerunt & in libertatem vindicarunt, Dd. asseruerunt, quorum antesignanus Castrensis perhibetur de Duce Mantuæ idem statuens *vid. Merkelb. ap. Klok V. 3. Conf. 102. n. 103.* magno tamen errore & periculo idem Principibus Imperii Imperatorem superiorem recognoscentes applicari existimant, *vid. Rosenth. de Feud. c. 5. concl. 13. n. 4. & Cap. 12. Concl. 10. n. 15.* Et Principes Imperii nihil aliud posse, quam quod dictitant eorum privilegia vel literæ investituræ, statuit Petr. Anton. de Petra *de Potestat. Princip. c. 21. n. 19.* Et hinc supremum Principem quidem donare posse absque insinuatione, quia non habet superiorem quem adire possit; non tamen inferiori idem permissum esse arbitrantur, ne simul pars & iudex insinuationis sit *Wesenb. Conf. 7. n. 6. Merkelb. ap. Klok d. Censur. n. 19.* (3) Præjudiciis confirmant quod actus Principum voluntariæ Iurisdictionis, qualis etiam est donationis insinuatio, coram Camera Imperiali fuerint, celebrati. Exemplum emanci-
pa-

pationis coram Camera factæ recenset Merkelb. d. 1.
n. 110.

§. XIII. Quid ergo circa quamvis hætenus relatam rationem sentiendum sit, breviter exponam. Quantum ad (1) attinet, eam Principibus Imperii in relatione ad alios Imperii Principes applicatam omnino veram esse existimo. Quia namque Principes & Imperator compromiserunt, ut eorum controversiæ in Judicio Aulico vel Camerali secundum normam Juris Civilis dignoscerentur, idque donationi formam insinuationis præscribat, non errabimus si dixerimus donationes Principum inter se consideratorum non valere, nisi ad modum juris Civilis judicialiter fuerint insinuatae. Sed diceres: in Camera vel Judicio Aulico non solum Principum Imperii inter se consideratorum, sed etiam Principum & subditorum controversias agitari; lites enim subditorum cum suis Principibus vel per viam appellationis vel per querelam denegatæ justitiæ, ad judicia suprema devolvuntur, & etiam juxta normam juris Civ: ibi componendæ; ut adeo dicendum videatur quod si subditus Principi vel vice versa absque insinuatione ultra 500. solidos donaverit & circa hanc donationem controversia orta per appellationem vel alio modo ad judicia suprema sit devoluta, in ejus dijudicatione pariter jus Civ. observandum, & ab eo forma donationi præscripta desideranda sit. Verum salva res est: Nam assertio illa, quod Camerales secundum jus Commune controversias Principum dirimere debeant; necessario limitanda: modo non ita privilegiis & superioritati Principum Territoriali præjudicetur *vid. Art. 3. Cap. Leop.* quod in hoc casu contingeret si Princeps respe-

C

tu

cti suorum subditorum alligaretur Juri Civili, quod tamen in suo Territorio etiam inconsulto Imperatore, immutare aut abrogare potest *Ord. Cam. Part. 1. Tit. 56.*

§. XIV. Alteram vero rationem quod concernit, concedimus quidem axioma illud, Principem Imperii tantum posse facere in suo territorio, quantum Imperator in Imperio, si tanquam principium supponatur ex quo jura Principibus competentia sint deducenda, omnino falsum esse, quamvis idem Ludolph. Schrader *de Feud. P. 10. Sect. 1.* alique insigni nominis Jcti Germani amplectantur. Quia sunt quaedam reservata Imperatoris, quæ non transeunt in Principes per generalem concessionem regalium nec superioritati Territoriali cohærent; quale est jus nova vectigalia imponendi, quod Principibus non competit vi superioritatis territorialis, nisi specialiter Imperator cum consensu singulorum Electorum, auditis Statibus vicinis alicui concesserit vid. *Art. 21. Cap. Leop.* tale est etiam Ius moneandi de quo vid. *Art. 34. Cap. Leop.* Sunt etiam quaedam jura quæ Principes Evangelici in suo Territorio exercent, quæ tamen Imperatori non competunt, ut sunt Iura sacrorum. Unde apparet, regulam istam non esse adæquatum principium potestatis principalis in Germania; tolerari tamen ea potest tanquam regula aliqua juris suas habens exceptiones *arg. L. 1. § pen. ff. de R. J.* In præsentia autem casu recte dixeris: quemadmodum Imperatoris donatio in Imperio vi Majestatis ab infinuationis necessitate est immunis; ita & Principum donationes in suos subditos collatæ vi superioritatis territorialis absque infinuatione validæ sunt. Quam consequentiam ex regula ista deductam Merkelb. ap. Klok *Conf. 102. n. 112.*

im-

immanem & absurdam dicere non debuisset si notam absurditatis effugere voluisset.

§. XV. Hoc tamen Merkelbachio ut & cuilibet facile largior, sententiam Bartoli statuentis: & illos, quibus merum saltem Imperium competunt, in suis Territoriis tantum posse, quantum Imperator in Imperio, falsam esse, quem tamen refert & sequitur Baldus in *L. sanctimus n. 6. C. de Donat. aliique turmatim quos recenset Merkelb. d. l. n. 69.* Nam nobiles & alii qui mero Imperio gaudent, non possunt sibi facultatem arrogare Leges Civiles abrogandi, ergo eorum donationes omnino infinandæ sunt vid. Carpz. *P. 2. C. 12. def. 16.* Aliud enim est merum Imperium, aliud superioritas Territorialis quæ longe majora complectitur jura vid. Mylerus *de Statib. Imp. P. 2. C. 36. n. 3.*

§. XVI. Denique quod præjudicium ad probandam insinuationis necessitatem supra recensitum concernit, illud ad donationes Principum vix referri potest. Quod si tamen exinde tanquam ab actu voluntariæ Jurisdictionis argumentum ad donationis infinuandæ necessitatem nectere velles, absque petitione ejus quod in principio demonstrandum est id facere non posses. Illud exemplum saltem probat, coram Camera emancipationem esse factam, non tamen exinde inferri potest quod emancipationes Principum vel Comitum Imperii aliter non subsistant, imo & hoc facto, saltem sequitur quod Principes inter se utantur Jure privato.

§. XVII. Sed an Donationes Principum in Appanagatos collatæ judicialiter sint infinuandæ si 500. solidos excedant? Ratio negandi ex inde sequitur, quod Appanagiati Principes non sint Principes Imperii im-

mediati, quia in Appanagio suo non gaudent superiori-
tate sed Principi regenti subditi sunt. Olim enim, der-
jenige / so unter den Brüdern das Fürstenthum bekom-
men ein Reichs-Fürst / die übrigen Brüder aber schlecht
hin Fürsten und Fürsten-Genossen dicebantur vid. *Spec.*
Sax. Lib. 3. Art. 39. Verum cujuscunque tandem conditio-
nis Appanagiati olim in Germania fuerint Myler *Appa-*
nal. c. 29. n. 7. hodie enim Principes Imperii sunt totum-
que Principatus titulum retinent Rosenth. *de Feud. C. 8.*
concl. 56. n. 16. nec fratri suo subditi sunt vid. Georg. Schu-
bhard *de Austreg. C. 3. n. 109.* sed cum iis comunibus Impe-
rii legibus utuntur Knichen *de Jure Territ. c. 1. n. 22.* ex
quo sequitur, quod donationes eorum pariter ut reliquo-
rum Principum regentium inter se consideratorum sint
æstimandæ.

§. XVIII. Equidem Mylerus *in G. mol. c. 21. n. 2.* &
Appanagiatos Principes Juris solennitatibus legibusque
Civilibus solvit, ex illa hypothesi, quod hæc immunitas
à solennitatibus Juris Civilis sit privilegium aliquod per-
sonale dignitati Principum adhærens, etiamsi iidem ter-
ritorio careant conf. Myl. *de Stat. & Princip. Imp. c. 26. n. 6.*
Quæ ipsa hypothesi mihi suspecta esse videtur, quia nul-
lum privilegium ostendi potest quod Principes inter se
consideratos à Legibus Civilibus solutos reddat, potius
contrarium est asserendum, quod, quia semel compro-
miserunt in receptionem Juris Civilis amplius iis non
liberum sit, sese solennitatibus Juris Civilis subtrahere
arg. L. 5. C. de obl. & act. Quia ergo Principes Imperii non
sunt saluti LL. civilibus qua Principes sed qua Domini
Territorii superioritate Territoriali gaudentes, vi cujus
in suo Territorio Leges dare & abrogare possunt, hinc
se-

sequitur quod & Principum Appanagiatorum in suo Appanagio superioritate Territoriali gaudentium, (quales recenset Itterus *de Feud. Imp. c. 13. §. 5.*) donationes in suos subditos collatæ in sinuatione non indigeant.

§. XIX. Supposita hac sententia, quod donationes Principum Imperii inter se consideratorum in sinuationem judicialem requirant, dubium suboritur, in quo nam iudicio in sinuatio fieri debeat? Competentiam Iudicii sequentes videntur svadere rationes (1) quia sententia ab incompetente iudice lata est nulla, *arg. L. fin. ff. de Jurisd. & quamvis d. Lex. videatur loqui de actibus contentiosæ Jurisdictionis, nihil tamen obstat quo minus ad actus voluntariæ Jurisdictionis causæ cognitionem desiderantibus applicari possit vid. Lauterb. Disp. de Volunt. Jurisd. th. 21. §. seqq. Vinn. de Jurisd. c. 6. n. 6. huc referunt donationis in sinuationem, quæ propterea causæ cognitionem requiri dicitur, ne degeneret in prodigalitatem Carpz. P. 2. C. 12. def. 21. §. L. 5. Resp. 57. (2) L. 30. §. 32. C. de Donat. certus Iudex est constitutus coram quo donationis in sinuatio fieri debebat. (3) Alii quidem fatentur donationem esse actum voluntariæ Jurisdictionis, causæ cognitionem non requirentem, nihilominus tamen ad ejus in sinuationem competentem iudicem propterea exigunt, quia in tertii præjudicium vergere posset; quales præter donationis in sinuationem sunt, in sinuatio testamentorum, confirmatio contractuum, datio Tutelæ; adeoque negant hujusmodi actus magistratum in propria causa posse expedire vid. Dn. Lyncker *Disp. de Jurisd. §. 3.**

§. XX. Ex aduerso, Principes donantes non necessario Iudicium Aulicum vel Cameram Imperialem

adire debere, sed etiam in proprio iudicio donationes 500. solidos excedentes posse insinuare, sequentes evincere videntur rationes (1) quia adoptio manumissio emancipatio &c. expediri poterant extra locum iudicii *L. 2. ff. de off. proc. §. 2. Inst. de Libertin.* etiam in causa propria *L. 3. 4. ff. de Adopt. L. 18. ff. de manum. vind. L. 2. ff. de Off. prat. L. 2. de Off. pres. L. un. in f. de off. Conf.* (2) In *L. 27. in f. C. de Donat.* insinuatio donationis ubicunque facta pro valida habetur, & in *L. 30. C. de Don.* dicitur: uti ipsa donatio sita est in voluntate donantis, ita donanti licet, ap. quemcunque voluerit, donationem intimare. (3) Hanc sententiam in Foro receptam esse testantur Gail. *L. 2. obs. 39. n. 28. Carpz. P. 2. C. 12. def. 16. ubi, nobiles merum imperium habentes in proprio iudicio presente actuario, donationes suas insinuare posse statuit.* Ipse Dn. Lynker alias dissentiens, hanc communem dicit in *Anal. ad Struv. S. 7. Civ. Tit. de Don. th. 10.*

§. XXI. Has discrepantes Ddorum rationes qui cum ratione componere conaretur, nihil aliud efficeret, quam ut cum ratione insanire videretur; sufficiat ergo nobis has rationes & auctoritates retulisse, iudicium autem lectori relinquimus. Nobis placet sententia Schilteri *ad J. de Milit. Test. §. ult.* statuentis, Donationis insinuationem coram competente iudice fieri, non quidem esse necessitatis sed utilitatis, ut ita scrupulosis hominibus præcidatur occasio nodum in scirpo quærendi *conf. Carpz. p. 2. C. 12. def. 18. in fin.*

§. XXII. Interest ergo ut sciamus quod nam iudicium sit competens, coram quo Principes suas donationes insinuare possent; videtur dicendum quod in Foro Austregarum tanquam iudicio primæ Instantiæ dona-
tio-

nes principum quoque insinuandæ sint (1) quia hoc Judicium est Forum competens Principum Imperii, ibique omnes omnino causæ eorum tractandæ sunt vid. *Ordin. Cam. p. 2. Tit. 9. verb. Warum und aus was Ursachen* / quæ omnia comprehendunt, nullo penitus excepto *Surd. Conf. 393. n. 7. Menoch. Conf. 320. n. 2. Paurm. 2. de Jurisdic. c. 6. n. 178. & seqq.* (2) quia quædam causæ ab Austregarum Judicio exemptæ leguntur in *Tit. 5. 7. Ord. Cam. P. 2.* quæ exceptio generalem Jurisdictionem Austregarum in reliquis non exemptis coarguere videtur, vid. *Georg. Schubhard. de Austreg. c. 5. n. 3.* Verum hoc non obstante (1) verba generalia ex subjecta materia interpretamur, & Judicium Austregarum saltem ad causas contentiosæ jurisdictionis, easque non omnes restringimus. Hoc innuere videntur verba *Spruch und Forderung die ihrer einer zum andern hat* / *Ord. Cam. p. 2. Tit. 2. §. 1.* quæ non complectuntur actus voluntariæ jurisdictionis. (2) Forum Austregarum non est judicium perpetuo formatum, sed lite demum imminente formari solet, unde nec causæ Tutelares curatelaes &c. eo pertinent *Georg. Schubhard. d. Tr. c. 9. pr. n. 49. conf. Bluhm. Proc. Cam. Tit. 42. §. 11.* (3) Donationis insinuatio refertur inter causas extraordinarias *Ord. Cam. p. 3. Tit. 3. n. 22.* quæ non jure actionis sed mero officio judicis expediuntur, *tot. tit. ff. de Extraord. cogn.* quales nonnisi ad Cameram Imperialem vel judicium aulicum pertinent *Schubhard d. Tr. c. 9. p. 2. n. 37.* Ut adeo colligere liceat, quod si Princeps majoris securitatis ergo donationem 500. solidos excedentem in Judicio competenti insinuare vellet, hoc in Judicio Aulico vel Camerali expedire tuto possit.

§. XXIII. Antequam hoc Caput concludamus
in-

inquisivisse non pigebit, cujus nam quantitatis donatio absq; insinuatione sit invalida. De Jure Civ. res est expedita, quod donatio 500. solidos excedens, quoad excessum saltem sit vitiosa *L. 36. §. fin. C. de Don.* Sed quid solidus eo tempore cum hoc constitutum, fuerit communiter ignorari dicit *Lauterb. Comp. ff. Tit. de Donat.* Pro aureo accipitur in *L. fin. ff. de in jus voc.* vid. *Gloss. in L. 4. verb. vel viginti solidis C. de Serv. fugit.* quorum septuaginta duo unam libram auri faciunt vid. *L. 5. C. de Suscept. prepos. & arc. Lib. 10. Tit. 70.* Et secundum hanc aurei valorem etiam hodie in praxi 500. solidorum summam computandam esse existimat *Gail. Lib. 2. obs. 29. n. 3.* propter aureorum differentiam in singulis propemodum provinciis variantem, ibique refert *Jasonem* dicentem, quod in facto obtinuerit, hodie donationem ultra 700. aureos absque insinuatione valuisse, considerato aurei valore legali.

§. XXIV. Verum non deest quod huic aureos computandi rationi possit opponi. Uti enim nondum expeditum est an Libra Romanorum ejusdem fuerit ponderis, ac nostra; nam hodiernorum aureorum plusquam centum, demum libram auri hodiernam conficiunt: ita certum est, quod quamvis pondus aureorum hodie certam habeat quantitatem, valor tamen eorum in dies crescat iterumque decrescat. *Carpzovius* secundum veterem *Dd.* sententiam solidum hic interpretatur pro aureo hungarico, ita ut hodie donatio 500. Ducatos excedens insinuationem requirat *P. 2. C. 12. def. 12.* In Camera tamen diversimode pronunciatum fuisse observavit *Græv. Lib. 2. ad Gail. Conc. 39. Consid. 2.* Quod si tamen sententiam communem supponamus esse veram, 500. ducati non simpliciter æstimandi sunt sed cum lagio mit dem

dent gewöhnlichen Aufgeldt quod ex commerciorum usu hodie usque ad sedecim grossos misnenses auctum esse memini, ut adeo secundum hanc computandi rationem donatio 1333. talerorum & 8 grossorum minoris monetæ misnensis absque insinuatione judiciali valere possit *arg. L. 52. §. 4. de Leg. 3. vid. Carpz. p. 2. Q. 78. n. 32.*

§. XXV. Quod autem dictum est, Principum inter se consideratorum donationes 500. solidos excedentes propter omissam insinuationem judicialem quoad excessum inutiles & in validas esse; ab eo necessario excipiendæ sunt (1) donationes diversis temporibus factæ, quæ conjunctim sumptæ, demum quantitatem 500. solidorum excedunt *L. 34. §. 3. C. de Donat.* (2) Donationes in redemptionem captivorum *L. 36. pr. C. de Donat. conf. Illustr. Dn. Paul de Fuchs Paraph. Inst. ad §. 2. de Don.* (3) Donationes in refectionem ædium *d. L. 36. §. 2. C. de Don.* (4) Donationes quæ sub modo fiunt. *arg. L. 17. C. de Don. ant. nupt. Nov. 119. pr.* (5) Donationes remuneratoriæ *Gloss. in L. 27. verb. non meram ff. de Don. Schneidew. in Com. ad J. de Don. inter viv. n. 3.* (6) Donationes reciprocæ *vid. Bald. in L. sancimus C. de Donat. n. 1. Schneidew. d. l. n. 36.* Nam ex textibus alleg. apparet in his casibus insinuationis necessitatem, & inter privatos remissam esse, nihil ergo obstat, quo minus hanc Juris communis dispositionem his in casibus & Principibus Imperii inter se consideratis applicare possimus.

CAP. III.

De

PERSONIS ET REBUS D. P.

SUMMARIA.

Principes qui alienandi facultate destituuntur nec donare possunt. §. 1.
An Princeps conjugii sua Serenitate

D

nis-

nissime donare possit? §. 2. 4.
 Notatur Vitriarius, Uxorem
 Illustrem Superioritati Ter-
 ritoriali Principis mariti
 subjiciens. §. 3.

Asseverata donatio sub splen-
 dore dignitatis inter Conju-
 ges non habet vim jurate
 donationis §. 5.

An parens Illustris filio suo do-
 nare possit? §. 6.

An parentis vel conjugis Illu-
 stris donatio 500. solidos ex-
 cedens indigeat insinuatio-
 ne ut morte confirmetur?

§. 7.

An res aliena donari possit? Et
 ea evicta quando Princeps
 donator evictionem presta-
 re debeat? §. 8. 9. 10. 11. 12.

Propria Principis bona quotu-
 plicia? §. 13.

Imperator hodie vacantes Prin-
 cipatus absque consensu Ele-
 ctorum aliis donare nequit.
 §. 19.

Quomodo adhuc hodie Impera-
 tor novos Principes novo
 Principatu instruere possit?
 §. 15.

Quenam regalia Imperator
 alicui concedere possit? §. 16.

Principes Imperii vi superiori-
 tatis territorialis Feuda Fi-
 sco suo aperta aliis iterum
 concedere valent. §. 17.

Et bona allodialia Principatui
 suo immixta pro lubitu aliis
 donare possunt. §. 18.

An prohibitio alienationis Lo-
 tharii Et Friderici etiam in-
 ter Principes Imperii obtine-
 at. §. 19. 20. 21.

Ad alienationem totius Princi-
 patus hodie præter Impera-
 toris Et agnatorum consen-
 sum etiam Electorum est ne-
 cessarius. §. 22.

Non tamen ordinum provinci-
 alium. §. 23.

An Donatio omnium bonorum
 fit valida §. 24. 25.

§. I.

Tædiosum foret, si omnia ea quæ
 à Doctoribus circa personas donandi facultate,
 præditas vel destitutas, in genere cumulari solent,
 hic

hic peteremus, & ad Imperii Principes applicaremus. Sine dubio enim & inter Principes Imperii obtinet, quod qui facultate alienandi destituitur nec donare possit *arg. §. 40. & 42. J. de rer. div. L. 21. C. Mandat.* Unde nobis vitio verti non debet, quod hujus regulæ applicationes speciales tanquam vulgo in sensus incurrentes neglexerimus. Nam quæ alias de infantibus, pupillis, minoribus, filiisfam. furiosis, mente captis &c. donandi facultate destitutis hic in medium afferri possunt, levia sunt, ut qui ea in Principibus Imperii obtinere negaret, mente captus esse videretur. *de singulis vid. interim Disp. de Don. Princ. sub Presid. Dn. Schulzii habita Francof. 1685.*

§. II. Majorem difficultatem continet, an, quemadmodum de Jure Civil. donatio inter Conjuges est invalida *tot. tit. ff. de Don. inter vir:* ita nec Principes Imperii conjugibus suis serenissimis cum effectu donare queant? Ex nostra hypothese affirm. videtur, quia & Uxor Principis serenissima marito suo non est subdita *arg. L. 4. ff. de recept. arb.* est enim non minus persona immediata quam Princeps maritus *Limn. Lib. 4. Jur. Pub. c. 8. n. 12.* adeoque Uxor Illustris cum marito suo jure Civili, quod invalidam conjugium donationem reddit, utitur. Verum reclamant sententia communiter ap. Dd. recepta, donationes Conjugum illustrium & serenissimorum pro validis reputans *vid. Mylerus de Stat. Imp. c. 27, n. 3. conf. ejusdem Gamol. c. 7, n. 13. Gail. L. 2. obs. 38. n. 17.*

§. III. Mylero quidem consentit Dn. Vitriarius sed ex alio principio. Mylerus enim Principibus ex natiuitatis jure hoc privilegium, quod soluti sint legibus Civilibus, competere arbitratur, adeoque eodem privilegio & mulieres Illustres, quibus sublimis nascendi con-

ditio contigit, & quidem proprio jure gaudere contendit *d. Tr. de Statib. Imp. p. 1. C. 26. §. 7.* de qua sententia in Cap. præc. judicium nostrum exposuimus. Vitriarius vero Principum Uxores serenissimas ratione donationis à solennitatibus Juris Civilis solutas quidem esse concedit *Lib. 3. Inst. Jur. Pub. Tit. 20. §. 12.* non tamen proprio jure sed ex privilegio mariti *arg. L. 31. ff. de LL.* Cœterum, uxorem serenissimam subjectam esse marito suo ejusdemq; statutis territorialibus teneri idem existimat *Lib. 3. Tit. 17. §. 9.* ex ea ratione, quod fœmina Illustris Principi nubendo ejus potestati se subdat, atque in ejus Territorio domicilium constituat. Verum quemadmodum Vitriarius potestatem maritalem, cui uxor subjecta est, à potestate Territoriali minus recte disjungit vid. B. Puffend. *Lib. 6. de J. N. & G. c. 1. §. 11. 12. 13.* ita non mox sequitur: Princeps aliquis in alterius Territorio commoratur, ergo ejus subditus quoque factus est. His duobus prænotatis non difficile est reliquas Vitriarii rationes diluere, quibus nimis diu inhærere operæ pretium non esse arbitramur, hinc eas publico confluctui reservamus & ad quæstionis decisionem properamus.

§. IV. Omnino ergo cogimur fateri dispositionem juris Civ. prohibentem donationes conjugum, & inter Conjuges Illustres obtinere, sed non tam frequenter & ita facile effectum sortiri posse, quam inter privatos, quia donationem revocandi licentiâ, quam Jus Civile conjugum donanti concedit, raro Principes utuntur, generositati eorum hoc adversari existimantes; alias in Principes ex facilitate quadam beneficia sua revocantes satis acriter invehunt Doctores vid. Merkelb. *ap. Klok. V. I. Conf. 7. n. 679.* Et ratio, quare inter privatos

tos

tos conjuges donatio pro invalida reputatur, nesc: se mutuo amore spoliarent *L. 1. ff. dedon. inter Vir. L. 2. ff. eod. L. 25. eod.* non facile in Principibus sese exerit, quorum proprium est donare *C. 1. de Donat. Gail. 20. obs. 72. n. 9.* nec mox inde pauperiores fieri præsumuntur. Jus Civile ergo dum prohibet istas donationes solum, quibus conjuges pauperiores redduntur *L. 5. §. 8. §. 16. L. 25. ff. de Don. inter vir. & ux.* non facile invenit locum inter Principes, qui quemadmodum nascendi conditione multum à privatis distant, ita & donationes eorum aliquid sublime habent *arg. L. 7. in f. C. de bon. qua lib.* Quod si tamen terminorum habilium suppositionem urgeas, & Principem amoris cæstro correptum, conjugi suæ magnam & sibi Reique publicæ gravem summam donasse fingas, ei beneficium revocandi donationem de Jure Civili concessum minime denegandum esse arbitramur. Huic nostræ sententiæ adstipulatur Dn. Lynker in *Anal. ad Schweder Jus: Pub. Part. Spec. Sect. 2. c. 17. §. 40. ex alio tamen Principio.*

§. V. An vero Principis mariti donatio asseverata bey Fürstlichen Ehren impediatur revocationem ejus? ex inde affirm: esse videtur, quod hujusmodi asseveratio vim juramenti habere soleat etiam in Camera Mynsing. *1. obs. 17. Gail 2. obs. 59. n. 6.* juratam autem conjugum donationem pro irrevocabili habendam esse de Jure Canonico & moribus, communis est opinio DD. *Sruv. Ex 172th. 24. Ex 30. th. 29. Gail Lib. 2. obs. 40.* Alii tamen negant ex ea ratione, quod, quoties negotium aliquod de Jure Civ. invalidum juramento confirmandum, non sufficiat per verba æquipollentia juramenti vim habentia idem expedivisse, sed quod solenne &

corporale juramentum præstandum sit D. Lynk. *ad Schwed. Part. spec. Sect. 2. C. 17. §. 40.* Communem autem opinionem, quod promissio sub splendore dignitatis Principalis vim juramenti habeat, ita conciliat Carpz. *p. 2. C. 36. def. 9. in fin.*, eam procedere in negotio jam tum absque juramento valido.

§. VI. Eodem fere modo resolvenda est quaestio, an Principis donatio, filio in potestate constituto facta valida sit? Communiter affirmatur Myler *de Princip. & Statib. Imp. p. 1. C. 27. n. 5.* Gail *L. 2. obs. 38. n. 16.* Reinking *de Reg. Sec. & Excl. Lib. 1. Clas. 5. c. 6. n. 42.* Vitriarius *L. 3. In Jur. Pub. Tit. 20. §. 12.* Nos tamen veneramur quidem horum DD. auctoritatem, sed ex hypothesi nostra omnino fateri cogimur, donationem illam invalidam esse ad modum Juris Civilis *L. 11. C. de Don.* quia filii Illustres cum patre indignitate pares sunt weil sie aus Fürstlichen / Gräfflichen / u. Stämmen geböhren sind / & non subsunt potestati Territoriali parentis sui Mylerus *de Princip. & Stat. Imp. P. 1. C. 35. n. 4.* & sic cum Parentibus suis Jure Communi in validam hanc donationem reddens, *d. L. 11.* utuntur vid *Seubhard de Austreg. C. 3. n. 100.* Sed quia Parentes Illustres non solent ex generositate ipsis connata, donationes liberis suis in potestate constitutis factas revocare, hinc hujusmodi donationes vel morte parentum vel emancipatione facta confirmantur pariter ut inter privatos de Jure Civili fieri solet *vid L. 17. C. de Donat.* Reliquos casus, quibus donationes parentum in filios collatae validae sunt (1) Si Pater filio suo emancipato quidpiam donaverit *L. 17. pr. ff. de Don.* (2) vel ob bene merita Gail *2. O. 28. n. 3.* (3) vel ex causa castrensi *L. C. de Castrens. pec. aut quasi*
ca-

castrensi *L. 4. C. de Ad voc. divers. Judiciorum* etiam inter Principes eodem modo decidendos esse arbitramur, cum nulla diversitatis ratio aliud urgere videatur.

§. VII. Sed si supponamus, donationem Principis in Conjugem vel liberos collatam demum morte confirmari, adhuc tamen exinde resultat dubium, an, si ea excedat 500. solidos, etiam insuper judicialis insinuatio requiratur? Itidem negative decisam invenies apud Mylerum aliosque supra cit: ex ea ratione, quod de Jure Civil: Principis donatio nullis privati juris cancellis includenda arg. *L. pen. C. de Don. inter. vir. & ux. L. 7. C. de bon. qua lib.* Verum cit. *LL. de Principe, LL. Civil.* soluto loquuntur unde eas ad Principes nostros eorumque donationes propterea non posse applicari existimo quia hi inter se Jure Civili, insinuationis necessitatem & hoc in casu requirente *L. 25. C. de Don. inter. vir. & ux.* utuntur. Equidem Principum donationes admodum privatorum coarctare nolumus, quod si tamen inter Principes circa hujusmodi donationes controversiæ oriantur, illæ non aliunde quam ex jure privato & *d. L. 25. C. de Don. inter. Vir.* forent decidendæ, quia Jus Civil. tanquam norma Judicibus hujusmodi controversiarum competentibus ex communi Principum compacto est præstitutum ut ex *Cap. 1. hujus Dissert.* constat

§. VIII. Hæc nobis sufficiat circa personas Donationum Principum adnotasse. Ordinis ratio nos vocat ad considerationem rerum quæ donari queunt, vel nequeunt. Vbi itidem supersedemus prolixa repetitione eorum quæ de rebus sacris, sanctis, religiosis aliisque commercio exemptis & donari non solitis tractari solent. Quamvis & harum rerum commercium Prin-

Principi non penitus denegaverim, si scilicet id urgeat necessitas Reipub. sed hæc disceptatio hujus loci non est. Magis huc spectat quod res aliena donari nequeat, nisi saltem quoad conditionem usucapiendi *L. 9. §. fin. ff. de Don. Tot. tit. ff. pro. donat.* unde resultat quæstio, an Princeps qui donavit rem alienam ea evicta teneatur ad evictionis præstationem? quod simpliciter negat Franzkius *ad Tit. ff. de Evict. n. 174.* Anton Faber. *Lib. 9. C. Tit. 26. def. ult. Boehausen part. 3. Peric. Acad. 3. Quæst. 19.* quorum sententia nritur *L. 18. §. fin. ff. de Donat.* ubi generaliter dicitur, donantem alienam rem non de evictione, sed saltem de dolo teneri si sciens alienam donaverit, & ea evincatur, postquam donatarius magnos sumptus in rem donatam fecit *conf. L. 2. C. de Evict.* ubi constitutum est, donantem non aliter de evictione teneri quam si eo nomine stipulatio interposita sit.

§. IX. Alii distinguunt inter donationem quæ incipit à traditione, ubi evictionem non esse præstandam dicunt per *L. 18. §. fin. ff. de Donat.* nisi ea per stipulationem fuerit promissa *C. 2. C. de Evict.* & inter donationem cui præcessit promissio dedando, ubi evictionem donatario à donante præstandam esse sententia communis est Dd. de qua testatur Schneidewin. *in Com. ad Inst. de Donat. inter. Vir. & ux. n. 85.* Carpz. *P. 2. C. 34. def. 23.* ex ista ratione, quia qui promisit sedonaturum esse, fidem suam non aliter liberare potest nisi cum effectu *L. 9. §. fin. ff. de Don.* donatum autem non intelligitur quod potest advocari *arg. L. 29. §. 3. de Leg. 3. L. 45. §. 1. de Leg. 1.* Hanc distinctionem tamen nominatim rejiciunt Duarenus *ad L. 2. C. de Evict.* Boehausen *Loc. supra all.*
eam.

eamque late refutant. Imo Dn. Lynk. indistincte donatario denegat actionem adversus donantem ad evictionem præstandam etiamsi Princeps donasset *in Anal. ad Struv. S. J. C. de Evict. tb. 17.*

§ X. Nos hanc quæstionem non tam juris quam facti esse arbitramur, adeoque potius quid Princeps donator præstare velit respicimus, imprimis si subdito suo quidpiam donaverit. Generositatis quidem & excelsi animi indicium est in Principe, si liberalitatem erga subditos suos cum effectu exhibeat, ad quam tamen vinculo aliquo Principem constringi posse dubito *conf. Resp. Witteb. quod refert. Zigler Lib. 1. de Jur. Maj. c. 4. n. 29. verb. Die actio ad interesse wieder den Landesfürsten nicht voll außgeföhret werden mag: c. nisi Princeps subdito suo aliquid sub modo donaverit arg. L. 1. C. de Don. sub. mod.* Hinc si Princeps Vasallo suo rem alienam in feudum concesserit, ea evicta, Princeps obligatur vel aliud feudum, vel nummos dare, quibus feudum comparari possit *2. Feud. 8. pr. vid. Dn. Stryk. Ex Jur. Feud. c. 8. 2. 8. imprimis si ex parte donatarii amplius res non sit integra & is ad donationis modum implendum expensas quasdam fecerit. Alii addunt & hanc limitationem, si alicui ob bene merita aliquid donatum sit, quod tunc præstanda sit evictio arg. L. 3. 4. §. 1. L. 2. C. de donat. Carpz. P. 2. C. 34. def. 24.* Verum cum merita non sint unius generis, sed alia minora alia majora, ut adeo propterea facta donatio ad simplicem donationem aliquando propius accedat, aliquando longius ab ea distet & contractum onerosum sapiat, hinc & ego vereor quidquam certi in hac facti quæstione determinare. Imo etiamsi merita tanta sint ut inter privatos do-

E

na-

natio ea propter actione provocari possit, dubito tamen an Princeps subdito suo propter hujusmodi insignia, merita rem alienam donans, posset conveniri actione ad evictionis præstationem. Fateor quidem vi officii Principem obligari, ut bene merita præmio afficiat, condigno; sed si Princeps officium suum negligat, non mox propterea subditis competit jus Principem constringendi ut officio suo rite fungatur.

§. XI. Huic nostræ sententiæ refragari videtur Sanctio Zenonis & Justiniani, quæ habetur in *L. 2. § 3. C. de quadrienn. præsc.* cujus sensus huc spectans est, quod aliena res à Principe donata à donatario plane evinci nequeat, sed ipse Princeps ab antiquo domino & quidem intra quadriennium conveniendus sit. Rationem hujus constitutionis reddit Anton. Perez. *C. de quadrienn. præsc. n. 3.* ne munificentia Principis retractetur. An, autem hæc ratio tanta sit, ut propterea antiquo domino jus suum auferri queat satis nervose exponit B. Zigler. *Lib. 1. de Jur. Majest. C. 4. §. 20. § seqq.* ubi & Resp. Witteb. refert, quod in casu, quo donatario Principis lis fuit mota ratione rei donatæ, actori noluit denegare actionem realem adversus possessorem; Omnino ergo subscribimus sententiæ Zigleri *d. l. §. 24.* statuentis, *d. L. 2. § 3. C. de quadr. præsc.* ad nostros Principes extendi non posse. Quam etiam suam fecit Dn. Schulz. *in d. Disput. de Donat. Princip. c. 4. §. 6.*

§. XII. Quantum attinet donationes Principum, in alios principes collatas, communem Ddorum sententiam à refutatione ista quam suscepit Duarenus & Goehausen *loc. supra. §. 8. § 9.* all. hoc temperamento vindicari posse arbitror, si distinguamus inter promissionem libe-

ra-

ralem rei in specie, & inter promissionem rei in genere; hic præstanda est evictio, ibi non: Princeps enim promittendo rem certam illam donasse videtur uti est, nec plus juris in donatarium Principem transferre voluisse censetur quàm ipse habuit *arg. L. 62. ff. de Aedit. Edict. L. 18. §. fin. ff. de Don.* Verum si in genere quidpiam promiserit & postea rem alienam tradat, non aliter promissioni satis fecisse videtur, quam si donatario præstiterit rem donatam habere licere, vel si res evincatur, ipsi alio modo satisfaciatur *arg. L. 42. ff. de Leg. 1. L. 29. §. 3. de Leg. 3.*

§. XIII. Propria Principis bona de Jure Civ, diversi sunt generis; alia enim competebant Principi quæ tali, quorsum spectant bono Fiscalia §. *fin. J. de Usucap.* alia Principi quæ privato competunt, ut bona Principis patrimonialia *L. 39. §. 8. ff. de Leg. 1.* quorum bonorum differentiam communiter *DD. ad Tit. ff. de Jure Fisc.* recensere solent *vid. Colleg. Arg. ad d. Tit. n. 5.* Quid juris Princeps in singulis hisce bonis habuerit, non magno opere sumus solliciti, quia Jus publicum Justinianum hodie exiguum habet, usum. *vid. Illustr. Dn. Stryk Discurs. Prelim. de Usu ff. §. 39.* Potius respicimus jus publicum hodiernum Principum Imperii, ex quo præjudicialis quæstio perlustranda, quorum bonorum alienatio principibus concessa, unde & facultas donandi principum dependet; quæ enim alienari nequeunt, illa nec donari possunt.

§. XIV. Ab Imperatore initium facientes, non multum interesse arbitramur, utrum priscis temporibus Imperatori facultas competierit principatus & Terras Imperii vacantes pro arbitrio in extraneos conferendi? cui quæstioni prolixè inhæret *Conring. Dissert. de Finib.*

nib. Imper. c. 19. & ejusmodi alienationes Imperatoribus dudum ante Carolum V. denegatas fuisse opiniatur. Ex adverso autem Strauch: *in Dissert. de Oppig. Imp. tb. 20. & seqq.* ante Carolum V. Imperatoribus, nulla lege interdictum fuisse bona Imperii alienare contendit. Sufficiat nobis quod hodie ex *Cap. Leop. Art. 30. aliisque Capitul.* abunde constet, Imperatorem vacantia Imperii feuda, regalia ne quidem principibus Imperii, nedum exteris sine consensu Electorum concedere posse. Quo ipso liberalitas Imperialis arctis cancellis est inclusa; Quamvis enim adhuc hodie Imperator novos Imperii Principes creare possit, modo in Candidato hujus dignitatis requisita *in Cap. Leop. Art. 44.* recensita adfuerint; his tamen Principatus vel alia feuda Imperii Regalia pro arbitrio suo concedere nequit, ut cum effectu instar aliorum Imperii Principum hac dignitate frui possint. conf. *Monzamb. c. 5. §. 5.* Falluntur autem illi qui Imperatorem, absque consensu statuum & Electorum Regalia Imperii feuda aperta aliis concedere posse *ex AB. C. 7.* probare fatagunt Stephani *de Jurisdic. Lib. 2. p. 1. C. 1. memb. 1. n. 98.* Nam *d. textum AB. §. fin.* legenti apparebit, eum de Electoribus Secularibus loqui, nec sine inversione totius sensus ad Principatus in genere extendi posse conf. *Limn. ad Cap. Caroli V. art. 24. p. 276.* An autem adhuc hodie Imperatori competat jus vacantem Electoratum pro lubitu irrequisito reliquorum Electorum consensu conferendi? affirm. Arumæus *Discurs. 4. ad AB tb. 16.* Carpz. *de Leg. Reg. c. 7. Sect. 3. n. 27.* Dietericus *ad AB Lit. 7.* Buxtorff *ad AB tb. 87. lit. C.* Rumelinus *ad AB. P. 1. D. 7. tb. 11.* Hennig. *de Imper. Potest. circa profan. c. 13. §. 2. p. 510.* Negant Strauch. *Dissert. Jur. Pub. Exot. IV. tb. 23.* Illustr. Dn. de Rhez

Rhez *ad 1. Feud. 3. p. 191.* Burgoldensis *ad Instr. Pac. Discurs.*
 24. §. 2. Thulemarius *de Octovirat. c. 23. n. 16.* & omnium
 operosissime Limn. *ad Capit. Carol. V. art. 24. voce Fürstenthum*
p. 267. seqq. & ad Cap. Leopold. art. 30. p. 937. & ad Cap. 7.
AB. §. 3. obs. 5. conf. D. Sinold. Schütz Kol. 1. Colleg. Iur. Pub.
D. 7. tb. 17. Lit. E.

§. XV. Potest tamen contingere ut Imperatoria
 Majestas novos istos Principes novo etiam Principatu
 instruere queat. Non quidem justificabo facta Ferdi-
 nandi II. qui plura Imperii feuda antiquis possessoribus
 erepta suis clientibus concesserat, quapropter Electo-
 res ipsum violatæ hac in parte capitulationis suæ disertis
 verbis accusarunt. vid. Conring. *ad Lampad. P. III. c. 5. §.*
26. p. 195. Neque *d. Art. 30. Cap. Leop.* qui Imperatori facul-
 tatem alienandi denegat, ad rationem administrandi Im-
 perium ordinariam restringere volo, quasi adhuc hodie
 si salus Reipubl. Germaniæ efflagitet, solus Imperator
 Regalia Imperii feuda aliis concedere valeat, quod sta-
 ruit Itterus *de Feud. Imp. c. 7. §. 8.* Talis enim casus ad præ-
 sentem liberalitatis materiam non spectat *arg. L. 29. ff. de*
Donat. L. 82. ff. de R. I. imo ipsum Electorale Collegium
 ægre laturum esset si ab arbitranda salute Imperii exclu-
 deretur *conf. art. 10. Cap. Leop.* Sed hoc observari velim
d. Art. 30. Cap. Leop. de Feudis Imperii majoribus & quæ
 alicujus momenti sunt, loqui. Nam verba so etwas
 merkliches ertragen als Fürstenthümer / Graffschaff-
 ten / Städte und dergleichen / abunde innuunt, alia
 Imperii feuda minora vocantia Imperatoris arbitrio
 adhuc subesse Itter. *de Feud. c. 7. §. 10. in fin.* vid. Au-
 ctor Der Gründlichen Ausführung der Reichs-
 Stadt Lindau / die unversehens abgelöste Reichs-
 Pfandschafft betreffend *p. 337. & 916.* quæ si eis alia bona

allodialia jungantur, quin in Principatum ab Imperatore evehi & noviter creatis Principibus sub fidelitatis lege concedi possint, non dubito. Nam Imperatores sæpius diversas terras coagmentatas, Principatus vel Ducatus titulo insigniverunt. Exempla vid. ap. Meibom. *in Opusc. Histor. p. 504. seqq.* conf. Limn. *de Jure Pub. L. 5. c. 16. n. 2.*

§. XVI. Quodsi ergo diversæ ita conglutinatæ Terræ in Principatum evehantur & alicui simul cura omnibus Regalibus & superioritate Territoriali in Feudum concedantur disquiri solet, quænam & qualia jura Territorialia ita donata esse intelligantur? Et communis est sententia quod non solum minora sed & majora regalia concessa sint, exceptis iis quæ per leges Imperii arbitrio Imperatoris sunt exempta; quorsum referunt, quod hodie Imperator nemini possit concedere jus nova vectigalia imponendi, nisi cum consensu singulorum Electorum, auditis statibus vicinis *Art. 21. Cap. Leop. aliud exemplum vid. in Art. 35. d. Cap. Conf. Bocer. de Regal. c. 4. n. 9.*

§. XVII. Liberior autem hac in parte aliorum Principum Imperii potestas est, quia feuda, Fisco suo aperta aliis pro lubitu sub fiducia lege largiri possunt. Quam potestatem quidem ex Jure Feudali 2. F. 3. §. 1. 2. F. 9. pr. 2. F. 26. §. Beneficium. 2. F. 34. §. similiter ubi vasallis subinfeudandi licentia est concessa, derivare conantur vid. Itter. *de Feud. Imp. C. 22. §. 3.* Verum quemadmodum alii, Principum Imperii vasallos prædia sua sub feudi jure possidere negant Illustr. Dn. Rhez *in Com. ad 1. F. p. 77. & seq.* Ita rectius ex sublimiore eoque certiore aliquo Principio, ex Jure sc. patrimoniali, quod non nihil fiduciarii juris innexum habet, hanc facultatem

rem Principum Imperii de Terris sui Principatus disponendi deducendam esse existimamus.

§. XVIII. Unde & quæstio illa conficienda est, utrum Principes res immobiles sui Principatus donando alienare possint? ubi quidem si bona ista allodialia sint Titulo emptionis vel alia ratione quæsitæ, qualia plerosque Principatus Imperii immixta habere dicit Mylerus in *Gammol. c. 12. n. 2. conf. Dn. Rhez ad 1. Feud. 3. p. 189.* quin pro lubitu alienari possint, non dubito arg. *art. 39. Cap. Leop. verb. so vom Lehnthum keine dependenz haben.*

§. XIX. Gravior tamen est disceptatio an etiam bona feudalia à Principibus Imperii alienari possint? De Jure Feud: non solum totius sed & partis feudi alienatio sub pœna privationis est interdicta *2. F. 52. § 55. 2. F. 38. Struv S. I. F. C. 12. aph. 9. n. 72.* quam Juris Feudalis dispositionem etiam ad Principatus Imperii applicant non obscuri nominis Jcti, quos longa serie recenset Itterus *de Feud. Imp. C. 23. §. 2. Conf. B. Zigler. Lib. 1. de Jur. Maj. C. 4. n. 27.* Ex adverso alii ejusdem si non gravioris auctoritatis Doctores, Juris Feudalis placita Electores & Principes Imperii hoc in casu non stringere existimant, & quamvis non integrum Territorium vel Principatum, partem tamen ejus donare posse si status non multum minuatur statuunt Franzk. in *Consilio quodam m. sc. quod per excerpta exhibet Struv. S. 7. F. aph. 29. n. 5.* Cujus Verba mire rem illustrantia ex parte huc transcribere operæ pretium esse judicamus: Unde Zasius dicit. in *Germania nostra Friderici constitutionem de prohibita Feudi alienatione male servari de Feud. p. 9. n. 22. idque omne de Consuetudine & usu recepto, quam jure subsistere*

re Jacob de S. Georgio de Feud. verb: *Et cum pacto n. 6. Et Zasius d. l. tradunt. Et communem esse omnium Dd. sententiam dicit Curtius Junior Conf. 158. n. 8. Klok. de Contrib. c. 8. n. 78.* Und hat solche Gewohnheit ihre sonderbahre *rationabilität* / wenn man den *Statum Imperii Rom. Germanici* betrachtet / da des selben Churfürsten und Stände vor andern *Vasallis* anderer Orten ihre sonderbahre *præminentien* haben ihre *Electoratus Ducatus Et Comitatus jure quodam αυτοκρατορίας cum sublimi Territorii jure, in quibus tantum, imo in quibusdam casibus ex sententia Vulteji ad Tit C. de Jurid. plus possint, quam Imperator in Imperio,* besitzen / daher sie dann auch nicht so wohl der *Räys. Maj.* als vielmehr des Reichs Stände genennet werden / und hat solche *assertion (quod prohibitio alienationis in Principibus non habeat locum)* desto mehr statt / wann nicht die Frage von dem ganzen *Principatu* oder *Comitatu* noch auch von einem sonderbahren Stücke sondern nur etwa von einem oder dem andern *partial* Gut entstanden das vor diesem auch etwa zu Lehn verliehen / und hernacher entweder durch Heimfall / oder in andere Wege wieder erlanget worden / auch gegen den ganzen *Principatum* und *Ducatum* nichts sonderliches zu achten ist. Dahero auch die jenigen / so etwa wieder die *alienation* der Churf. Tafel oder Cammer-Güter seyn / solche ihre Meynung also *declariren* / das sie selbige nur von denen Fällen / da die *alienation* auch wohl *Verschenckung* von grosser *importanz*, und öffter auch wohl *immeritis* geschehen.

§. XX. Cui sententiæ epicrisin addit Itterus de Feud. Imp. C. 23. §. 4. & quamvis concedere nolit prohibitionem alienationis Feudi Lotharii & Friderici in Principibus cessare, nihilominus tamen Principibus omnimodam facultatem de Terris suis disponendi denegare veretur, idque propter consuetudinem in Imperio receptam, qua Principibus licet loca particularia in Ducatu Principatu vel Comitatu propria auctoritate etiam

iam ex titulo lucrativo alienare. Sed hæc sententia adhuc dum omnem scrupulum non tollit *arg. L. 76. ff. de R. V. Grot. de Jur. Bell. & Pac. L. 2. c. 6. §. 11.* Nondum enim ita determinatum est quæ nam sit exigua Principatus pars quam donare Principi liceat. Iterum quidem *d. l. §. 5.* Principem certam præfecturam eum *Ambt* libere alienare, posse existimat; dubito tamen an præfectura Principatus alicujus quatuor aut paucioribus præfecturis constantis, pro exigua Principatus parte sit habenda. Unde opera nobis danda erit, annon hæc licentia Principum Imperii de Terris suis disponendi ex certo aliquo principio deduci possit.

§. XXI. Et quidem omnino verum esse existimamus quod sanctio pœnalis Lothari & Friderici Imperatoris in Principibus Imperii nullum inveniat locum. Minime enim Principes parte Principatus sui exuendi sunt, quod in consulto Imperatore eandem etiam si magnæ quantitatis donaverint vel alio modo alienaverint. Novi enim casum quo Princeps quidam Imperii Terras Principatus sui & bona Domanialia ad Principatum suum pertinentia, quæ plus quam duas Tonnas auri valuerunt, alienaverat, nec tamen propterea pœnam privationis incurrebat, sed ab Aula Imperiali mandata duntaxat de non amplius alienando sub pœna (non privationis) sed annulationis seu cassationis fuere decreta. Alia tamen quæstio est, an ista alienatio ita valida sit, ut successori Principatus non liceat ullo modo istam revocare? cujus quæstionis decisionem Capiti ultimo reservamus, ubi plura huc spectantia allaturi sumus.

§. XXII. Neque hoc expeditum est si Princeps integrum Principatum in alium Principem
F trans-

transferre velit, quod in pactis confraternitatis contingere solet, an sufficiat Imperatoris & agnatorum consensum impetrasse? Si secundum Iuris Feudalis placita hæc quæstio foret decidenda, affirm. foret, quia ad alienationem feudi domini & agnatorum consensus sufficit *2. F. 52. 2. F. 9. §. donare.* Verum hoc in Imperio Rom. Germ. certum, quod Principatus vacantes Imperialibus oneribus sustinendis sint reservandi, nec ab Imperatore nisi consentientibus Electoribus alienari possint. *Art. 30. Cap. Leop.* Hinc existimaverim, nec pacta confraternitatis post hanc Constitutionem inter Principes inita aliter firma esse, nisi præter Imperatoris & agnatorum consensum etiam Electorum placitum accesserit, alias elusoria redderetur *d. Const. in Art. 30.* & per pacta Confraternitatis efficeretur quo minus Imperii Principatus unquam vacare possint.

§. XXIII. An autem si integer Principatus in alium transferatur, etiam ordinum provincialium consensus sit necessarius? ita videtur *Betsio Pact. famil. Illustr. c. 5. p. 125.* Nam & de Iure Feud. dominus directus non potest alienare dominium directum inconsulto vassallo, & ei invito novum dominum obtrudere *2. F. 34. §. 1. 2. F. 55. §. præterea Ducatus.* Et hoc *Dd.* etiam ad Principatus Imperii applicant, *vid. Resp. Electorum Witteb. apud Ziegler. Lib. 1. de Jur. Maj. c. 4. n. 28. p. 105.* ibi: *Diweil im H. Röm. Reich der Fürsten und Herren Territoria mehrentheils Feuda Regalia seyn/ und bewehrter Rechts-Lehrer Meinung nach weder ganz noch Stück-weis vereißert werden können/ auch hiezu absonderlich der Unterthanen die es betrifft/ Consens erfordert wird / als mit welchen gemeiniglich auff Land-Tägen gewisse Compacta und Verträge auffgerichtet*
wor

worden. Conf. Klok. *Tom. 1. Conf. 13. n. 9. & 10.* Verum quem-
admodum non universaliter verum est, omnes Prin-
cipes cum subditis suis de forma regiminis pacta iniisse;
ita non mox sequitur Principes Territorium suum in a-
lios transferentes literas Reversales subditis datas viola-
re, ut inde subditis jus alienationi contradicendi compe-
tere posset. Imprimis si Territorii dominus curam ha-
beat, ne subditi durioribus conditionibus, neve in acer-
biorem dominum transferantur vid. Dn. Stryk. *Ex. 7.*
F. C. 14. Q. 19. & C. 16. Q. 26. C. 19. Q. 16. Et hinc cum in In-
strum. Pac. Osn. varii principatus in novos dominos con-
ferebantur subditorum consensus non fuit desideratus
conf. Illustr. Dn. Rhetz *Lib. 2. Inst. Jur. Pub. Tit. 32. §. 7.*

§. XXIV. Omnia bona præsentia & futura do-
nari posse apparet ex *L. 35. §. 4. & 5. C. de Don. L. 8. C. de rev. don.*
Hujusmodi donationem tamen in totum invali-
dam esse contendit Carpz. *P. 2. C. 12. def. 27. & Lib. 5. Resp.*
65. ex ratione, ne per hanc donationem facultas testandi
alicui adimatur, cum omnibus bonis donatis amplius
nihil supersit de quo quis testari possit, & quamvis hæc
ratio nimis levis sit, communis tamen est sententia, quod
ab ea in Iudicando non sit recedendum vid. Brunnem. *ad*
L. 35. C. de Donat. n. 17. Lynck. *in Anal. ad Struv. S. 7. Civ.*
Tit. de Don. tb. 9. Verum etsi hæc praxis in privatorum
donationibus omnium bonorum præsentium & futuro-
rum attendenda sit; non tamen mox sequitur quod &
Principum Imperii donationes ex hoc Capite impugna-
ri possent, quia consuetudo est stricti juris, nec mox, quæ
in uno vel alio loco obtinet, pro uniersali totius Imperii
Consuetudine, etiam Principes inter se stringente, ven-
ditanda est. Huc accedit quod plurimi Dd. fateantur

juratam omnium bonorū præsentium & futurorum donationem inexpugnabilē esse. *Besold. Conf. 44. n. 31. Tren- tacinq. Lib. 3. Tit. de Don. Resol. 3. n. 8.* In Camera Imp. ve- ro Principum Imperii promissionem sub fide Principali *Ben Fürstl. Gräfflichen Ehren Treu und Glauben/* in omni- bus vim veræ juratæ promissionis habere statuit *Gail. Lib. 2. obs. 59. n. 6. Myns. Cent. 1. obs. 17.* Vix ergo dubitan- dum erit, quin hujusmodi donationes Principum, si ta- lis asseverata promissio eis accesserit, omni exceptione sint majores. Novi tamen exemplum quod & Princeps quidam, qui omnia sua bona allodialia præsentia & futu- ra alteri Principi donaverat, in instrumento Donationis certam bonorum portionem sibi reservaverat de qua te- stari possit, quod indicium est Principem donantem su- pra modum firmitati donationis istius voluisse consule- re, *arg. L. 81. ff. de R. I.*

§. XXV. Certior tamen eaque evidentior ratio concludendi est, si subditus Principi suo omnia sua bona præsentia & futura donaverit, eam donationem validam esse, licet in eo principatu inter privatos contraria consuetudo valeat; quemadmodum enim statuta, ita & consuetudines alicujus Territorii non tantæ sunt effica- ciæ, ut ipsum Principem Juris moderatorem devincere possint. Et hinc Pactum, quo Familia aliqua omnia sua bona præsentia & futura Principi tanquam Feudalia ob- tulerat, adeo validum esse, ut una vel altera persona ejus familiæ postea pœnitere & ab eo pacto recedere nequi- verit *Struv. arg. L. 35. §. 4. C. de Donat. comprobat S. 7. F. C. 7. apb. 10. n. 11.* ibique Responsum aliquod ex parte ex- hibet, quod hic retulisse non foret alienum, nisi ad Cap. ultim. nobis properandum esset, hinc B. Lectorem eo remittimus.

CAP. IV.

De

EFFECTU DONATIONIS PRINCIPUM, ET EJUS REVOCATIONE.

SUMMARIA.

Promissio Principis dominium transfert §. 1.

Ius accrescendi locum habet in Donatione Principis. §. 2.

Donatio Principis regulariter revocari nequit, nisi certis in casibus. §. 3.

Successor Principis bona allodialia donata revocare nequit. §. 4.

An Successor Principis bona donata, qua nexu feudali Imperio devincta sunt, revocare possit? recensentur diverse opiniones. §. 5. 6. 7.

Epicrisis §. 8.

Principatus comparantur Regnis usufructuariis. §. 9.

Unde facultas alienandi integrum Principatum denegatur Principibus. §. 10.

Et partem Principatus, qua tamen vivo alienante revocari non solet. §. 11.

Successor non potest revocare partem Principatus, qua ob utilitatem vel necessita-

tem alienata est. §. 12. & 13.

Actus Principis sub nomine Principaligestus a successore ejus non necessario ratificandus, nisi in utilitatem Principatus sit susceptus §. 14.

Ex privilegio vel pactis Gentilitiis libera facultas bona Principatus alienandi Principibus competit §. 15. ubi recensetur Privilegium Seren. Domus Brandenb. remissive.

Successor intra 30. annos bona Principatus in alios Principes injuste alienata revocare potest. §. 16.

Quae in subditos injuste alienata sunt perpetuo vindicari possunt. §. 17.

Item & ea quae ab Imperio divulgata sunt. §. 18.

Nisi per solemnem transactionem extraneis fuerint cessata. §. 19.



Donatio tantæ est efficacitæ ut per traditionem consummata, dominium transferat §. 40. *Inst. de R. D.* per conventionem autem perfecta, obligationem ad rem donatam tradendam producit *L. 35. §. 4. & 5. C. de Donat*, ex qua lege conditio resultat ad rem donatam petendam *Nov. 167. C. 1. §. 1. in f. ubi hæc conditio exactio condictitia vocatur.* Singulare in Donationibus Principum esse volunt, quod per nudam promissionem Principis absque traditione dominium rei donatæ in donatarium transeat *Rauchbar Lib. 2. Qu. 11. n. 40. Klok Vol. 1. Conf. 7. n. 281. Gail 2. obs. 55. n. 1.* Quam sententiam tunc admittimus si Princeps Imperii suo subdito quidpiam promiserit, quia hæc promissio non ex Jure Civili sed jure naturæ est æstimanda, quo translatio domini per promissionem absque traditione fieri potest vid *Grot: de J. B. & Pac: Lib. 2. C. 6. §. 1. Lib. 2. C. 8. §. 25.* Alias si Princeps Imperii alii Principi quidpiam donaverit, dominium rei donatæ non aliter quam per traditionem transire existimaverim *arg. L. 20. C. de Pact.*

§. II. Singulare itidem esse volunt in Donatione Principis, quod quamvis alias in Contractibus aliisque negotiis inter vivos jus accrescendi locum non habeat *L. 110. ff. de V. Ob. idem tamen in Donatione Principis obtineat, arg. Lun. C. Si lib. Imp. soc. sin. hered. deces: vid Duaren Lib. 1. de Jure Accres. C. 15.* adeoque si Princeps Castrum vel aliud, prædium duobus in solidum donaverit, uno eorum sine hærede decedente, ejus portionem alteri accrescere statuunt *Carpz. P. 2. C. 2. def. 16. Brunnem. ad d. L. un. Schrader de Feud. p. 7. C. 1. n. 11.* Hoc

Ius

Jus accrescendi tamen non ex dispositione legis dependet, quia nulla Lex Principis liberalitati modum præscribere valet; sed ex tacita Principis donantis voluntate, quæ tunc cessat si ex conjecturis demonstrari possit, Principem rem aliquam duobus donando, hoc voluisse ut quilibet partem donatam pro diviso acquirat, sic uno decedente alter ejus partem non lucrabitur *arg. 2. F. 12.* Cum ergo idem privatorum donationibus obtineat, ubi videndum quænam fuerit mens donatoris *arg. L. 34. ff. de R. I.* frustra hoc inter effectus singulares Donationis Principis recenseri solet.

§. III. Sicuti nec hic effectus singularis est Donationum Principum quod eæ revocari nequeant, quem tamen inter effectus Donationum Principis recenset *d. Disput. de Donat. Princip. C. ult. §. 7.* Idem enim & in privatorum donationibus obtinet, quæ temere revocari nequeunt. Possunt tamen certis in casibus certasque ob causas revocari vel ex parte per querelam inofficiosa donationis *Tot. Tit. C. de in off. don.* vel in totum; idque vel propter ingratitudinem donatari: *L. fin. C. de rev. don.* Bach. *ad Treutl. V. 2. Disp. 19. th. 7.* Carpz *P. 2. Const. 12. def. 31.* Vel propter supervenientiam liberorum *L. 8. C. de revoc. don. L. 102. ff. de Cond. & dem. L. 30. C. de Fideicom. L. 6. C. de inst. & sub Finkelth obs. 36.* Tiraquell: *ad L. 8. C. de rev. don.* quæ singula cum fusius à Commentatoribus Juris Civ: tractari soleant, repetitione eorundem hic supersedemus cum nullum dubium sit, quin eadum Juris dispositio & inter Principes Imperii, si supponantur termini habiles, locum sibi vindicet.

§. IV. Splendidiorum Controversiam nobis expe-

pe-

48 CAP. IV. DE EFFECTU DONATION. PRINCIPUM,
pediendum esse duximus, qua ratione successor Prin-
cipis rem ab antecessore donatam revocare possit.
Cui rei jam tum operam dederunt Joh. Otto. Tabor
c. 5, de oblig. Successor. in off. Myler: in Nomolog. Ordin. Imp.
C. 13. n. 3. 4. 5. & Cap. 10. per tot. aliq. Non tamen actum
acturi videbimur si hac in Controversia diversas Docto-
rum Opiniones earumque rationes attulerimus iisque
judicium nostrum aplicaverimus. Et quidem hoc ex-
tra controversiam esse arbitror, quod quemadmodum
allodialia bona Principi absque consensu agnitorum,
spem succedendi habentium donare licet, ita ea bona
à Successore revocari nequeant, nisi vel in pœnam do-
natarii, vel in utilitatem Reipublicæ ex dominio super-
eminenti vid. Grot. *de J. B. & P. L. 2. C. 14. §. 13.*

§. V. Non æque expeditum est an ea bona a Prin-
cipè donata, quæ nexu feudali Imperatori & Imperio
devincta sunt, à successore Principis revocari queant?
quibusdam affirmantibus quibusdam sub certis limita-
tionibus & restrictionibus id negantibus. Qui affir-
mant Principatus Imperii ex Jure Feudali metiuntur,
ubi agnato ea, quæ defunctus alienaverat, revocare licet
2. F. 29. 2. F. 26. §. Titius. 1. F. 8. §. Hoc quoque Rosenth. c. 9.
concl. 48. n. 12. seqq. & ita in facto se respondisse testatur *n. 14.*
cum Dux quidam arcem Ducatus sui ad proventus Ca-
meræ Ducatus pertinentem alienasset, quam Successori
ejus hereditatem allodiam repudianti, revocare licere
pronunciavit; cui geminum est Responsum JCtorum,
Vitteb. quod exhibet Zigler *Tr. de Jur. Maj. Lib. 1. C. 4. n. 28.*
Hanc ipsam tamen sententiam iidem Dd. restringunt ad
Feuda regalia ex pacto & providentia, & si successor
Principatus hereditate allodiali repudiata solo Principa-
tu

tu contentus sit. Unde si Successor Principis simul & alia bona defuncti jure hereditario ad se devoluta acceptaverit, aut si Principatus cujus pars alienata est, feudum hereditarium sit, successorem alienationem antecessores impugnare non posse statuunt.

§. VI. Alii Principibus Imperii liberio-rem potestatem circa Principatus suos disponendi concedunt quam aliis vassallis vulgaribus jure feudali indultum est, & quamvis integrum Principatum, aut ejus notabilem partem absque Imperatoris & agnatorum consensum alienari posse negent, fatentur tamen, quod notoria Germaniæ consuetudine receptum sit, Principes terras & loca ad Principatus pertinentia licite alienare posse *uti ex Resp. supra Cap. 3. relato. apparet; cui jungatur Henric. Michael Resp. Kilon. XIV. pag. 129. verba huc spectantia hic retulisse operæ pretium est.* Ob gleich durch einiger Rånser Constitution die alienation Feudorum in totum und pro parte ver-
bothen so seynd doch in Teutschland / wie auch in Italien von je eher aus einer Zeit in die andere die alienationes Terra-
rum ad Feuda pertinentium nicht nur ex necessariis sondern auch
ex voluntariis causis überall üblig gewesen / so daß schwerlich
Fürstenthümer / Graff-oder Herrschafften in Teutschland / zu-
finden / bey welchen nicht Veränderungen mit ein oder andern
Orthen / welche zu Fürstl. oder andere Lehen gehöret haben. : :
Daher unstreitig vor Augen / daß sothane prohibitio alienationis
bevorab in Teutschland quoad loca particularia in Ducatibus Co-
mitatibus sita, eben so wenig als die prohibitio divisionis feudorum
(welche in eadem Constitutione Friderici, darin die prohibitio alie-
nationis enthalten) zur observanz kommen oder auch nur de
ipsa universitate aut majori aliqua parte gemeynet gewesen / in
cæteris autem es bey der primæva Feudorum natura, quod partes
Feudorum alienari potuerint usq; ad medietatem i. E. 13. gelassen /
masien

50 CAP. IV. DE EFFECTU DONATION. PRINCIPUM,
maßen auch solches undunctel erscheinet *ex 2. F. 9. add. Lyn-*
cker Anal. ad Struv. S. 7. F. 15. aph. 11. qui quamvis alias Jura
Principum ex jure Feudali aestimare soleat, ibi ta-
men fatetur singulare esse in Principibus Imperii quod
feuda sua licet non integra tamen quoad par-
tes & præfecturas alienare possint non adhibito con-
sensu Cæsaris; idque ob mixtam feudorum conditio-
nem, quod in ea per modum hereditatis succedatur.
Ex qua sententia fluit, quod successor id, quod ita valide
donatum est, revocare nequeat.

§. VII. Alii denique eo, quod liberior disponendi
facultas Principibus Imperii ratione Principatus com-
petat, quam aliis vasallis vulgaribus, convicti statuerunt
Principatus Imperii mere hereditaria feuda esse. Göd-
dæus *Vol. 4. Conf. Murrpurg. 16. n. 125. relat. ab Itter. de Feud.*
Imp. C. 3. §. 19. & in dubio Ducatus Principatus Comita-
tus pro hereditariis habenda esse contendunt Klok. *V. 2.*
Conf. 29. n. 18. Pruckm. Conf. 2. n. 404. & Conf. 4. n. 2. Herm.
Vultej. de Feud. L. 1. C. 3. n. 33. Ex hac sententia sequitur,
quod cum ex communi Dd. sententia successor in feudo
hereditario factum defuncti impugnare nequeat *arg. 2.*
F. 45. nec successor Principis donationem feudi heredi-
tarii revocare possit.

§. VIII. Ex his Dd. opinionibus abunde liquet, quam in-
certum foret, si hac in quæstione auctoritati Doctorum
nimium tribueremus, eamque absque ratione sequere-
mur. Quemadmodum enim prima & ultima, sibi è
diametro contraria, propterea est periculi plena, quia
nec feudalis nexus, quo Principes Imperatori & Impe-
rio devincti sunt, potestatem ipsam circa Principatum
disponendi, sed saltem modum consequendi principa-
tum,

tum, afficit vid. Monzamb. c. 5. §. 28. nec liberior disponendi facultas Principibus Imperii competens territoriis eorum mox qualiter feudi hereditarii inducit, cujus, secundum communem Dd. opinionem, non eadem ubique & perpetua est in indoles, & sic facile errandi occasionem præbet, si indistincte ad Principatus Imperii applicetur, Itterus, *de Feud. Imp. c. 3. §. 20.* Ita intermedia sententia verior quidem, sed vel propterea incerta, quod alienandi, & alienatum revocandi potestatem, non ex alienationis causa justa vel injusta, sed potius ex quantitate rei alienatæ æstimet; Cum tamen non difficile foret exempla invenire, quod Principes etiam prædia certa, ne dum integras præfecturas ab antecessore injuste alienatas revocaverint.

§. IX. Hic ergo nodus est Gordius, unde hæc justitia & injustitia alienationis sit dijudicanda? quem ut explicemus, juvabit indolem Principatum & jurium his annexorum considerasse, & sic apparebit idem fere juris esse in Principatibus Imperii, quod alias de Regno electio, in quo reges ex certa tantum linea à populo electa, jure successionis ad Regale solium pervenerunt, tradit Grotius *Lib. 2. de J. B. & P. c. 7. §. 12. & seqq.* utroque enim modus habendi non afficit ipsam potestatem: Nam & Principes Imperii tantum in suo Territorio possunt, quantum alias Rex in suo regno, idque vi superioritatis territorialis, cui non una vice in LL. Imperii fundamentalibus cautum est *conf. Inst. Pac. Osnab. Art. 8. §. 1. & 2. Art. 3. in fin. Capit. Leop.* Differentia vero quæ Regnorum hujusmodi & Principatum Imperii habendi modum afficit, in eo saltem consistere videtur, quod Reges in hisce Regnis potestatem regalem electioni populi: Principes vero in Principatibus Imperii succeden-

52 CAP. IV. DE EFECTU DONATION. PRINCIPUM
tes, non ordinibus provincialibus, sed Imperatori & Im-
perio potestatem territorialem acceptam ferant; utro-
bique tamen jure quodam hereditario, quanquam di-
verso ab aliorum bonorum hereditate conf. Grot. *d. l.*
§. 19. Unde non errabimus, si ex eo jure quod hujusmodi
regibus, terras ad regna pertinentes alienandi, compe-
tit, justitiam alienationis à nostris Principibus factæ æsti-
maverimus.

§ X. Unde hoc quidem certum esse videtur, quod
integer Principatus alienari nequeat, ne ita vel ii, qui ex
alienantis familia sunt & certam ex providentia primi
acquirentis succedendi spem habent: vel ipsum Impe-
rium Principatu isto defraudaretur, & Constitutio *Art.*
30. Cap. Leop. eluderetur. Et cum vix aliquis detur præ-
textus, qui hujus alienationis injustitiam in sensus aper-
te incurrentem fucō obducere, eamque excusare possit,
præsertim si alienatio facta sit ex mera liberalitate, nul-
lum dubium est, quin talis alienatio etiam vivo aliena-
tore revocari possit, non tamen solius Imperatoris arbi-
trio *vid. Art. 28. Cap. Leop.* Et quamvis de Jure Feudali Im-
perator id quod Vasallus illicite alienavit, tam diu reti-
nere possit quam diu alienator aut ejus descendentes vi-
xerint *2. F. 24. §. fin. 2. F. 37. 2. F. 22. §. caludis 2. F. 31. v. Struv.*
S. 7. F. C. 15. aph. 14. æquior tamen & in Imperio tutior sen-
tentia illorum esse videtur, qui statuunt, quod Principa-
tus hic successori mox sit restituendus, adeo, ut factum
Principis, principatum ex providentia majorum quæsi-
tum alienantis, ne quidem filio suo præjudicare vel no-
cere debeat, malum enim suos auctores tenere debet,
arg. L. 22. C. de pæn. conf. Grot. Lib. 2. C. 7. §. 26. vid. Myler.
de Stat. & Princ. Imp. c. 21. §. 16. & C. 91. §. 15. & 16. Joachim
à Rusdorff in Vindic. Caus. Palat. C. 22. & alibi passim.

§. XI.

§. XI. Idem fere juris in parte Principatus alienata esse videtur, quia quemadmodum integer principatus, ita & ejus pars in præjudicium successoris alienari nequit vid. Grot. *L. 2. C. 6. §. 11.* Et hinc sæpius vel à Camera Imperiali vel à Judicio Aulico mandata inhibitorialia, ad instantiã ejus, qui proximũ successionis jus habet, contra alienationes hujusmodi decernuntur, præsertim si successoris justam metuendi causam habet, ut per potentiã ejus, cui res donata est, vindicatio futura sit difficilior. Alias, quia particularium bonorum alienatio non tam manifesta laborat injustitia, & facile prætextu aliquo utilitatis vel necessitatis publicæ excusari possit, è re Imperii nostri esse videtur, ut ad minimum vivo alienatore, particularium terrarum ad Principatum pertinentium, alienatio valida sit, nec admodum Juris feudalis vasallum etiam propter partis alienationem punientis *2. F. 52.* rescindatur; ne ita turbis ac motibus detur locus, ac Principibus occasio nascatur querelas movendi, quasi in exercitio potestatis Territorialis contra tenorem *Art. 3. Cap. Leop:* turbati fuerint. Periculosum enim foret Principum potestatem Territorialem ad tantas angustias redigere velle, ut de quovis actu, modo non insigniter injusto, mox vel Successuro vel Imperatori rationem reddere necessum habeant. Sufficit quod Successor Principatus eas alienationes quæ non ex justa sed fucata causa factæ sunt, revocare possit. Juris enim temporarii, quale etiam est Principum Imperii ex providentia majorum Territoria ad posteros transmittentium, effectus, nisi pariter temporarius esse non potest Grot. *L. 2. C. 6. §. 10.*

§. XII. Non ergo directe Successores Principatus, qui aliorum bonorum successionem repudiarunt obligantur ut alienationem à defuncto factam rati habeant,

beant, sed per interpositum Principatum vid. Grot. *L. 2. C. 14. §. 11.* si alienatio facta sit in Principatus utilitatem, non solum ex causa onerosa, sed & lucrativa Grot. *cit. §. 12. n. 3. & 5.* Si sc. Princeps alicui ob singularia merita Principatui exhibita prædium aliquod ad Principatum istum pertinens donaverit, hanc donationem adeo validam esse arbitraverim, ut nec Princeps successor eam revocare possit, aut si hoc pariter in utilitatem Principatus facere gestiat, æquivalens pretium donatario propterea exsolvat, necessarium est, quia interest Reipubl. ut bene merita premio afficiantur digno. Conf. Dn. Stryk. *Ex Jur. Feud. C. 12. Qv. 38.*

§. XIII. Atque hanc nostram sententiam, alienationis justitiam ex alio quam juris feudalis, aut rei alienatæ quantitatis Principio determinantem aliqua ex parte confirmat Respons. Vitteb. ap. Zigler. *de Jur. Maj. Lib. 1. C. 4. n. 28. Verb:* Ob wohl ein Lands-Fürst seinem Land und Herrschafften treulich vorzustehen schuldig / dieselben auch nicht zu vermündern / noch eigenes Gefallens mit Schulden beschweren / ingleichen auch die Einkünfften / *Regalia* und andere Gerechtigkeiten weder unter den Lebendigen / noch auff den Todesfall dem *Successori* zum Nachtheil nicht veräußern mag ; Dennoch aber und dafern er durch der gleichen Veräußerung des Landes und gemeines Wesens bestes gesuchet / ob gleich solches in *eventu* nicht erhalten worden / oder es wäre die *alienation* außdringender / und dem Lande höchst beschwerlichen Schulden-East / oder einer andern unvermeidlichen Noth und zu Erhaltung der übrigen Landschafft geschehen / oder es betreffe die Veräußerung gar ein wenig an / so weder der Landschafft noch der Fürstlichen Hoheit oder deren Erhaltung nach Gelegenheit derselben alzumerklichen Abgang verursachte / und es wären solche Handlungen und Verträge von ihm als einem Fürsten nicht aber als einem *privato* geschehen

schehen / so were der *Successor* gleicher Gestalt daran gebunden / und möchte er sich derselben gestalten Sachen nach nicht entbrechen. Idem fere quod hic dictum est, invenies apud Tabor *de Obligat. Succes: C. 5. §. 4.*

§. XIV. Sunt tamen quædam, quæ in *al. Resp.* ulteriorem desiderare videntur meditationem. Sane quod dicitur, actus Principis sub nomine Principali gestos etiam successorem obligare; absque limitatione transmittendum non est. Hoc enim non aliter videtur esse admittendum, quam si isti actus ob probabilem utilitatis in Rempubl: redundantis rationem suscepti sint vid. Grot. *L. 2. C. 14. §. 12.* quod quidem in dubio præsumendum est, ob Principis gerentis auctoritatem; sed tamen hæc præsumptio successorem non impedit, quominus & ipse actum istum penitus introspicere & ad trutinam prudentiæ gubernatricis revocare queat.

§. XV. Et sic Principis potestatem circa alienationem bonorum ad Principatum pertinentium, ex ipsa Principatus indole & natura superioritatis territorialis consideravimus, quam Principes non tam ex concessione Imperatoris expressa, sed potius tacite per Consuetudinem & quasi per alluvionem ad tantam eminentiam qua hodie est conspicua, adauxerunt. Facile tamen largior, quibusdam Principibus Imperii laxiorem potestatem competere, idque vel ex privilegio antiquitus indulto, vel ex pactis Gentilitiis. Imperatores enim olim liberiori modo Principatus Imperio apertos aliis iterum largiri solebant, cui concessioni etiam expresse modum adjicere licuit. Huc pertinet Privilegium Serenissimæ Domui Brandenburgicæ concessum de quo Limn. *T. 1. Add. V. 7. n. 139.* Das Haus Brandenburg / hat ein Privilegium vom Kaysen Friderico Anno 1473.

erhalten / das die Chur- und Fürsten dieses Hauses eine freye Hand haben sollen / von ihren Lehen / Schloßern und Stätten zu disponiren / und solches einander zu übergeben / *plura exempla vid. ap. Itter. de Feud. Imp. c. 23. §. 9.* Item pactis Gentilitiis quorundam principum potestatem bona Territorii sui alienandi laxatam esse apparet ex Respons. Jenens. quod Struv. exhibet *S. J. F. C. 14. aph. 29. n. 2.* ibi: Auch Fürstl. Erb-Vertrag vorhanden / Krafft deren ein jeder regierender Fürst ohne Consens derer Fürstl. Herren Agnaten seine Herrschafft und Güter veralieniren kan. Unde in his Casibus quidem alienatio qualiscunque valida esse videtur absque Imperatoris & agnatorum speciali consensu, & eam in principatus utilitatem factam esse præsumendum est; quod si tamen evidentia facti & immodica alienatio, jus successoris insigniter violans hanc præsumptionem excludat, hæc privilegia vel pacta eum sensum habere dubito, ut ea propter Successori principatus omnino arbitrium principatum diminutum restaurandi, & profusam donationem revocandi, denegandum sit *arg. L. 7. §. 14. ff. de Pactis.*

§. XVI. Cœterum non in infinitum extendendam esse licentiam revocandi ea quæ injuste donata sunt, sed potius ad certum tempus restringendam esse, omnes quotquot hac de re me legisse memini, statuunt; & idem etiam compages totius Corporis Imperii comprobare videtur, cujus membra inter se Jure certo positivo, jura & actiones ad certum tempus determinante continentur: Verum intra quantum temporis spacium hæc revocatio donationis injustæ fieri debeat, in eo non est perpetuus Dd. consensus. Itterus *C. 23. §. 14. & seqq.* hanc revocationem ad normam juris Feudalis revocat, quo si

suc-

successor intra 30. annos feudum ab antecessore, eo invito alienatum revocare intermittat amplius non est audiendus 2. F. 9. §. Donare. 2. F. 26. §. Si quis per. ita tamen ut hæc præscriptio à tempore delatæ successionis demum incipiat currere. Idem ergo & in Principibus Imperii alienationes antecessorum revocare volentibus, obtinere tradit Itterus *al. l.*

§. XVII. Quam sententiam tunc veram esse arbitror, si agatur inter Principes Imperii, & si hujus partis injuste alienatæ possessor itidem sit Princeps Imperii Conf. Dn. Stryk. *Exam. Jur. Feud. C. 20. Qv. 19.* Alias si injusta alienatio facta sit in proprium subditum, eam à Successore quodocunque etiam post triginta annos revocari posse verius est, quia actus Principis qua Principis non subest legibus civilibus vid. Grot. *de Jur. B. & P. Lib. 2. C. 14. §. 1. & seqq.* Unde quamvis Mylerus *de Princip. Imp. C. 33. n. 3.* bona domanialia ab Imperii subdito immemoriali præscriptione acquiri posse arbitretur; rectius tamen nec immemoriam præscriptionem Successori Principis obstare, quo minus bona domanialia injuste alienata revocare possit, existimat Illustr. Dn. Stryk. *d. Ex. I. F. C. 20. Qv. 20.*

§. XVIII. Idem sentimus si quærat, an ea quæ in extraneum Principem de bonis ad Imperium nostrum pertinentibus, injuste fuere alienata, nulla obstante temporis præscriptione, revocari possint? quod affirmamus; non quidem ex ea ratione qua utitur Mylerus *d. l. n. 4.* quasi publica utilitas efflagitet, ut patrimonii Principalis revocandi æterna sit auctoritas; hæc enim ratio vix persuasura est possessorem, ut utilitatem Reip. Germanicæ cum suo damno promoveret & res Imperii possessas ei restitueret. Potius exinde revocationem hanc omni tempore justam esse arbitramur,

H

mur,

58 C. IV. De EFFECTU DONAT. PRINCIP. ET EJUS REV.
mur, quia intermissio revocationis vel ex ratione Sta-
tus vel negligentia Imperatorum & Principum, non
præjudicat iis qui Jure singulari succedunt Conf. Dn.
Stryk *Exam. Jur. Feud. C. 11. Q. 26. b.* Conf. Pufendorf. *de*
Jur. N. & G. Lib. 4. C. 12. §. 10. Huc spectat quod *in Cap.*
Leop. Art. 12. Imperator promiserit, se operam daturum
esse, ut ea quæ ab Imperio injuste divulsa sunt, eidem
restituere, cui nulla obstat præscriptio. Inter
Principes enim solo Jure Naturæ inter se viventes, nul-
la alia præscriptio sibi locum vindicat, quam quæ con-
jecturis tacitæ voluntatis rem pro derelicto habentis
nititur, quæ ipsa tamen vel per usurpationem Tituli vel
per expressam protestationem facile excludi potest
Conf. Grot. *Lib. 2. C. 40.* Pufend. *d. Tr. Lib. 4. C. 12. §. 7. &*
seqq. Dn. Thomas. *Jur. Prud. Divin. Lib. 2. C. 10. §. 195. seqq.*
§. XIX. Hoc ipsum tamen quod de revocandi licentia
perpetua diximus, non pertinet ad illa bona Imperii quæ
per Transactiones solennes, consensu omnium Statuum
vel ad minimum Electorum, extraneis Principibus vel Re-
bus. fuere cessa Dn. Stryk. *d. Ex. 7. F. C. 12. Q. 37.* In hisce bonis
mox legitime acquisitis, uti præscriptio non videtur neces-
saria esse, ita eorum alienationem rescindere velle iniquum
foret, & adversario de Pace Imperii rupta justam præberet
conquerendi causam.

Hæc sunt, B. Lector quæ tibi de Donationibus Princi-
pum Imperii exhibere voluimus; quorum si quædam tuum
applausum merebuntur, nobis gratulabimur, si censuram
nec hoc ægre laturo sumus; gratiam enim habemus illis qui
errores nostros æqui bonique consulere, & veritatem mo-
deste nos edocere solent. Hoc tamen scias B. Lector, om-
nem nostram intentionem in hac Dissertatione eo colli-
masse, ut ostenderemus quomodo occasio, circa actus Prin-
cipum & in specie circa eorundem Donationes lites ex-
citandi, declinari possit.

DEO SIT LAUS ET GLORIA.

N
1077

folis iis pater
ta tanto fastig
TIBI ILLUS
cere norunt:
tum culmen
ria Nominis
gnitudine ref
capit augme
oblata boni
tam stadium
ficit, Tuam
ptant, benign
mentia Tua
rarum Justit
mittit, omni
& veneratio
finuat studi
um in se pro
tiam Tuam
ut hanc Diff
cipum Imper
liberalitates



ta erudi
a merita
sacra fa
n ad tan
Sed Glo
rum ma
m exinde
imas Tibi
ibus non
viendi de
ferio exo
Hæc Cle
arum lite
ratiose de
t amorem
fessum in
orem Tu
nobis Gra
n addidit,
ibus Prin
DOMINE,
stri mode
ran-

